ria. Cuius duplex est ratio. Prima est q̃ in cõtrarijs vna ẽ vniuersalis affirmatiua denotãs predicatũ cõuenire subiecto pro omni supposito ei⁹: ⁊ alia ẽ vlis negatiua denotans predicatũ remoueri a quolibet supposito subiecti: sz quia ipossibile ẽ idẽ predicatũ simul cõuenire cuilibet supposito subiecti ⁊a q̃libet remoueri: q̃ hoc implicat ꝓtradictiõem: iõ due ꝓtrarie nõ pñt sil̃ esse vere. Scõa rõ ẽ: q̃ si due contrarie q̃ ãbe sunt vles sint simul vere: ⁊ ad veritatẽ vlis sequatur veritas ꝑticularis per legẽ subalternarũ due subcõtrarie q̃ ãbe sunt ꝑticulares eẽnt sil̃ vere cũ ipis ⁊ per cõsequẽs ꝓpones cõtradictorie eẽnt sil̃ vere qõ est impossibile: ergo ꝓtrarie nõ pñt sil̃ eẽ vere. Scõo sciẽdũ q̃ due contrarie bñ pñt eẽ sil̃ false i ꝑtingẽti materia dũ tñ accidẽs ẽ separabile. Cui⁹rõ ẽ: q̃ in materia ꝓtingẽti p̃dicatũ põt cõuenire subõ ꝑ aliq̃b⁹ suppositis ⁊ ꝑ aliq̃b⁹ nõ: sicut albũ cõuenit hoi ꝑ aliq̃b⁹ suis suppositis: ⁊ ꝑ q̃busdã nõ: sz ꝑ illa ꝑte qua nõ ꝓuenit subõ vlis affirmatiua falsificat ⁊ ea ꝑte q̃ ꝓuenit vlis negatiua redditꝝ falsa: igit̃ in tali materia ꝓtingẽti ꝓtrarie pñt sil̃ eẽ false. ⁊ dr̃ notanter dũ accidẽs ẽ separabile: q̃ si eẽt inseparabile affirmatiꝫ semp eẽt vera ⁊ negatiꝫ falsa: ⁊ sic nõ possent sil̃ eẽ false. Tertio sciẽdũ q̃ due cõtrarie in materia naturali ⁊ remota nũq̃ pñt sil̃ esse false. cui⁹rõ ẽ: q̃ in ꝓtrarijs in materia naturali semp vlis affirmatiua ẽ vera cũ p̃dicatũ subõ ꝓueniat ꝑ q̃lib⁹ supposito ⁊ vlis negatiua falsa ⁊ ecõuerso ẽ i materia remota vlis affirmatiua ẽ falsa ⁊ negatiua vera: ⁊ sic ibi due ꝓtrarie nunq̃ pñt sil̃ eẽ false. Ex q̃b⁹ pz q̃ tres sunt ꝑtes in lege ꝓtrariarũ. Prima ẽ q̃ ꝓtrarie nũq̃ pñt eẽ sil̃ vere: sz repugnãt in veritate. Scõa ẽ q̃ i materia ꝓtingẽti pñt sil̃ esse false ⁊ sic nõ repugnãt in falsitate. Tertia ẽ q̃ i materia nãli ⁊ remota nõ pñt sil̃ esse false. Quarto sciẽdũ q̃ repugnãtia in veritate ꝓuenit ꝓtrarijs rõne forme sue oppositiõis: q̃ i q̃cũq̃ mã sint ꝓuenit ipsis semp: iõ ptinet formaliter ad legẽ ipsarũ: sz repugnãtia in falsitate q̃nq̃ ꝓuenit ipsis ut in mãli ⁊ remota: ⁊ q̃nq̃ nõ ut in ꝓtingẽti: ⁊ sic repugnãtia in falsitate nõ ꝓuenit ipsis rõne forme sue oppositiõis: sz rõne materie: ⁊ iõ nõ ptinet formaliter ad legẽ ipsarũ sz solũ ꝑmũ mẽbrũ. s. repugnãtia in veritate. Sz ꝓtra predicta primo arguitꝝ. ois lex ẽ ꝓstitutio quedã precipiẽs bonũ vt ꝓhibẽs malũ. sz in ꝓtrarijs nõ ẽ talis cõstitutio igit̃ nulle sunt leges ꝓtrariarũ. Scõo sic: iste ois hõ currit ⁊ null⁹ hõ currit. pñt sil̃ eẽ vere: q̃ ãbe sil̃ hñt potẽtiã ad hoc q̃ sint vere: cũ nũc q̃libet sit in potẽtia ad veritatẽ: igit̃ ꝓtrarie pñt sil̃ eẽ vere. Tertio sic: iste cõtrariantꝝ ois hõ est totũ in quãtitate ⁊ nullus hõ ẽ totũ in quãtitate: ⁊ tñ sunt sil̃ vere: ergo ꝓtrarie pñt sil̃ eẽ vere. Quarto sic: in cõtrarijs includunt subcõtrarie igitur si cõtrarie sunt sil̃ false sequitur q̃ ⁊ subcõtrarie qõ ẽ impossibile: igitur ꝓtrarie nõ pñt sil̃ esse false in cõtingẽti materia. Quinto sic: iste cõtrariantur in materia naturali vl̃ remota: o ẽ aial ẽ hõ: nullũ aial ẽ hõ ⁊ tñ sunt sil̃ false igitur ꝓtrarie in materia naturali pñt simul esse false. Ad argumẽta. Ad primum dicitur q̃ lex vno mõ capitur proprie ut ẽ regula operationũ humanarũ docẽs modũ bñ viuẽdi sicut ẽ lex nature vel diuina vel humana: ⁊ hoc mõ ẽ precipiẽs bonũ vel ꝓhibẽs malũ: ⁊ sic nõ capitur in ꝓposito. Alio mõ capitꝝ similitudinarie ut ẽ regula de mõ repugnãtie ꝓpõũ oppositarũ ⁊ solũ hoc mõ capitur hic ⁊ ꝓuenit cõtrarijs. Ad scõm dicitur q̃ hec ẽ duplex: ꝓtrarie pñt sil̃ eẽ vere: q̃ hec determinatio sil̃ põt referri ad pñt: ⁊ sẽsus ist⁹ ẽ sil̃ hñt potẽtiã ut sint vere. ⁊ hoc mõ ẽ vera. Alio mõ põt referri ad eẽ vere ⁊ sic ẽ falsa: ⁊ sensus ist⁹ ẽ q̃ cõtrarie pñt sil̃ esse vere ⁊ sic ponitur sil̃ in pñti loco. Ad tertiũ dicitur q̃ si in illis hõ distribuatur sic sunt cõtraria ⁊ tũc ista ẽ falsa ois hõ ẽ totũ in quãtitate: sz si hõ teneatur ibi simpl̃r ꝑ seipso distributo sic nõ sunt cõtrarie q̃ ãbe sunt singulares ⁊ ita dz teneri hõ de vi sermõis rõne alic⁹ attributi totũ in quãtitate. Ad quartũ dr̃ q̃ ad falsitatẽ vlis nõ sequitꝝ falsitas ꝑticularis: iõ nõ oportet q̃ si due subcõtrarie includantur in duab⁹ ꝓtrarijs sil̃ falsis q̃ ꝓpter hoc sint false. Ad quintũ dr̃ q̃ Iz ille sint in materia remota vel naturali tñ ibi ẽ predicatio indirecta: ⁊ hoc q̃ dictũ est ꝓius q̃ ꝓtrarie in illis materijs non pñt simul esse vere debet intelligi in predicatione directa ⁊ ordinata. vnde licet illa ois homo est animal sit in materia naturali: tamen ista omne aial est homo ponitur in materia remota quia aial ibi stat nõ solum pro hominibus: sed etiã pro alijs animalibus: quibus homo non potest conuenire.

Lex ⁊ natura subcontrariarũ talis ẽ: q̃ si vna ẽ falsa reliqua est vera ⁊ nõ ecõuerso. Possunt enĩ ambe sil̃ esse vere in cõtingenti materia. Vnde lex subcontrariarum contrario modo se habet legi contrariarũ. Lex ⁊ natura cõtradictoriarũ talis est q̃ si vna est vera reliqua est falsa ⁊ ecõuerso: in nulla enim materia possunt ambe esse simul vere vel false.

Postq̃ autor determinauit de lege ꝓtrariarũ: hic cõsequẽter determinat de lege subcõtrariarũ in qua sunt plures ꝑtes sicut in lege ꝓtrariarũ. Prima est q̃ due subcõtrarie in nulla materia pñt sil̃ esse false. Cuius rõ est: q̃ si due subcõtrarie pñt simul esse false: due cõtradictorie erunt simul false: vt si iste subcontrarie quidã hõ currit: quidã hõ non currit sint false cũ ad falsitatẽ ꝑticularis sequatur falsitas vlis: ut ad falsitatẽ istius aliquis hõ currit sequat falsitas istius ois hõ currit: ergo due ꝓtradictorie erunt simul false: q̃d est incõueniẽs: ideo si in subcontrarijs aliqua sit falsa reliqua erit vera ⁊ nõ ecõuerso. Primo sciendũ q̃ secunda pars legis subcontrariarũ talis est q̃ due subcontrarie in materia cõtingenti pñt simul esse vere: rõ est nã i materia cõtingẽti p̃dicatũ põt inesse subiecto pro aliq̃ supposito ⁊ pro aliquo nõ inesse sz pro illo supposito cui conuenit verificatur particularis affirmatiua: quia ad veritatem eius sufficit predicatũ ei⁹ inesse subiecto pro vnico supposito: ⁊ pro supposito cui nõ inest verificatur particularis negatiua: q̃ ad veritatẽ eius sufficit predicatũ remoueri ab vnico supposito subiecti: iõ in materia cõtingenti due subcõtrarie pñt simul esse vere: vt iste quidã hõ est cecus quidam homo nõ est cecus. Secũdo sciendũ q̃ in materia naturali ⁊ remota subcontrarie nunq̃ pñt simul esse vere: ratio est quia in materia naturali predicatũ cõuenit omni supposito subiecti: idec negativa semp est falsa ⁊ affirmatiua semp vera: sed in remota predicatũ remouetur a q̃libet supposito subiecti: iõ semp affirmatiua est falsa ⁊ negatiua vera. Ex quo pz q̃ tres sunt partes in lege subcõtrariarũ. Prima est q̃ pñt simul esse false. Secũda est q̃ possunt esse simul vere in materia cõtingenti. Tertia est q̃ i materia naturali ⁊ remota nunq̃ pñt esse vere nec false ⁊ sic semp repugnãt in falsitate: ⁊ hoc cõuenit eis rõne forme sue oppositiõis iõ ptinet formaliter ad legẽ ipsarũ. Mõq̃ repugnãt in veritate ⁊ q̃nq̃ nõ: iõ conuenit ipsis rõne materie nec ptinet formaliter ad legẽ ipsarũ: vñ pz q̃ lex subcõtrariarũ ecõtrario se hẽt ad legẽ cõtrariarũ. Tertio sciendũ q̃ due ꝓtradictorie in nulla materia pñt simul eẽ vere: cui⁹rõ est: q̃ in ꝓtradictorijs denotatur idẽ inesse ⁊ nõ inesse eidẽ: quia idẽ affirmatur ⁊ negatur de eodẽ: sz impossibile ẽ idẽ inesse ⁊ nõ inesse eidẽ: hoc enĩ ẽ primũ ꝑncipiũ oĩm cõplexorũ: iõ contradictorie nunq̃ pñt simul esse vere: sz si vna est vera alia falsa est. Quarto sciendũ est q̃ contradictorie in nulla materia pñt simul esse false: rõ est q̃ si possent sil̃ esse false cũ vnũ cõtradictoriorũ sit ens et aliud nõ ens: sequetur q̃ inter ens ⁊ non ens eẽt dare mediũ sed hoc est impossibile: quia ens continet omnia entia: ⁊ omne aliud ab ente dicitur non ens: ideo contradictorie non possunt sil̃ esse false ⁊ sic habent repugnantiã in veritate ⁊ falsitate sil̃ ⁊ vtrũq̃ ptinet formaliter ad legẽ ipsarũ ⁊ hoc est qõ dicitꝝ q̃ contradictorie magis opponuntur q̃ contrarie ⁊ subcontrarie: q̃ contrarie in veritate opponunt̃: subcontrarie in falsitate solũ subalterne in quantitate solũ. Sed cõtra p̃dicta primo arguitꝝ sic: due ꝓtrarie pñt simul esse fal

se:sed falsitas vlis puenit ex falsitate alicui⁹ pticularis ei⁹: igitur ad falsitatē cōtrariarū oportet q̄ subcōtrarie sint sīl false. Scōo sic:idē nō pōt inesse ⁊ nō inesse eidē nec vere affirmari ⁊ negari de eodē:ꝫ in subcontrarijs semp idē affirmatur ⁊ negatur de eodē:igitur in materia contingēti nō pñt sīl esse vere. Tertio sic:iste sunt vere sīl qōdā ens est bonū qōdā ens nō est bonū: ⁊ tñ sunt in materia nāli: q̄ bonū est ꝓprietas entis:ergo in materia naturali subcōtrarie pñt sīl eē vere qō est cōtra legē earū. Quarto sic: in morte sortis sor. hꝫ sīl esse ⁊ nō esse:igitur duo ꝓtradictoria q̄ꝫ sunt sīl vera. antecedēs pꝫ:q̄ si esset nō esse sibi nō sīl pueniret in eodē instāti sibi cōueniret in diuersis instantibus ⁊ ibi eēt tēpus intermediū in q̄ sor. nec haberet esse nec nō esse ⁊ sic due contradictorie eēnt simul false ⁊ cū hoc sit ipossibile oportet dare primū qō simul habet esse ⁊ non esse. Quinto sic:vnū ꝓtradictorioꝝ est falsum igit alterū est falsū: ⁊ sic pñt sīl esse falsa. ꝓña tenet:q̄ vel alterū est falsum vel nō alterū. Si nō alterū cū nō alterū ⁊ neutrū equipolleāt sequeret q̄ neutrū erit falsum:ꝫ erūt ambo vera. Ad argumēta. Ad primū dicit q̄ ad falsitatē vlis nō sequit falsitas pticularis ei⁹:ꝫ tñmō vnius suarū singulariū: ⁊ licet veritas vni⁹ singularis sufficiat ad veritatē particularis. tñ ad falsitatē singularis nō sufficit falsitas pticularis:q̄ plus requirit ad veritatē singularis q̄ꝫ pticularis. s. predicatū inesse ⁊ nō inesse ꝓ vno ſpposito determinato qō non requirit ad pticulare. Ad scōm dr q̄ licet idē numero inesse ⁊ nō inesse nō possit eidē numero: tñ pōt in esse ⁊ nō inesse eidē in specie ꝓ diuersis ſppositis: ⁊ sic p diuersis ſppositis verificant subcontrarie. Ad tertiū dr:q̄ si capiatur bonū vt ē passio entis ⁊ ꝙuertitur cū ente. ille sunt in materia naturali ⁊ negatiua ē falsa. ꝫ si capiat ut dicit bonitatē moris:illo modo est accidēs respectu ētis: ⁊ ille sunt in materia cōtingēti. Ad quartū dr q̄ in morte sor. ipse hꝫ esse ⁊ nō eē in eodē instāti capto materialiter ⁊ diuerso tñ formaliter: q̄ ut est finis predicati hꝫ in eo esse ⁊ ut ē principiū futuri hꝫ in eo nō esse. ⁊ q̄ non est idē instās formaliter iō esse ⁊ nō esse nō dicunt sīl cōuenire sorti nec ēt oꝫ ibi eē tēpus mediū. Ad quintū dr q̄ alterū vno mō capitur indefinite vt pticulariter: ut tñ valet sicut vnū vel aliq̄: ⁊ sic bene sequitur vnū ꝓtradictoriū est falsum. ergo alterū ut valet ꝓbatio cōsequētie. Alio modo relatiue ut ē relatiuū diuersitatis ⁊ sic cōsequentia non valet nec ꝓbatio eius:quia hoc modo non alterū ⁊ neutrū non equipolent:ideo Lex subalternarū talis est.

¶ Lex ⁊ natura subalternarum talis est quod si vniuersalis est vera particularis est vera ⁊ non econuerso. ſPotest enī vniuersalis esse falsa sua particulari existēte vera: ⁊ si particularis est falsa sua vniuersalis est falsa: ⁊ non econuerso.

Postq̄ autor determinauit de lege cōtradictoriarū q̄ repugnant in qualitate ⁊ quantitate simul, hic consequenter determinat de lege subalternarū: q̄ repugnant in quantitate solū, subalterne enī nō repugnāt in veritate: q̄ possunt simul esse vere. nec in falsitate q̄ possunt simul esse false. nec in qualitate ꝫ iō solū repugnāt in quantitate ꝫ iō inter oēs ꝓpōnes subalterne minume repugnāt siue opponunt rōne cui⁹ autor vltimo determinat de ipis: ⁊ ꝓmo dicit q̄ si vniuersalis ē vera pticularis est vera: ⁊ nō econuerso. Vbi ē primo sciendū q̄ ad veritatē vlis sequitur veritas pticularis sibi subalterne. Cuius sunt due rōnes. Prima q̄ si predicatū vere dicat de q̄libet ſpposito subiecti sicut dicit vlis, etiā vere dicitur de aliq̄ ſpposito subiecti qō sufficit ad veritatē pticularis ꝫ ad veritatē vlis sequit veritas sue particularis. Scōa rō ē:quia si vlis ē vera sua pticulari existente falsa:sequeret q̄ ꝓtradictorie eēnt sīl vere ⁊ sīl false:quia si ista eēt vera:ois hō currit. ⁊ illa falsa q̄dā hō currit, subcōtraria ist⁹. s. q̄dā hō nō currit per legē subcōtrariarū eēt vera. ſꝫ hec aliq̄s hō nō currit cōtradicit ꝓme. s. ois hō currit. q̄ ponebat vera: igit due ꝓtradictorie erūt vere simul. Etiā si illa sit vera:ois hō currit. per legē ꝓtrariarū sua contraria erit falsa. s. nullus hō currit. ſꝫ ista ꝓtradicit illi pticulari:aliq̄s hō currit:iō si ista ponat falsa: ⁊ vlis vera due cōtradictorie erūt sīl false qō ē impossibile: iō relinquitur q̄ si vlis ē vera sua pticularis erit vera. Scōo sciēdū q̄ ad veritatē pticularis nō seq̄t veritas vlis, rō ē q̄: in materia ꝓtingēti predicatū pōt puenire alicui ſppposito: ⁊ tñ nō puenire oib⁹ iō pticularis pōt esse vera: q̄ ad ipam sufficit predicatū vere dici de subiecto ꝓ aliq̄: vlis tñ existēte falsa: iō ex hac veritatē vlis sequat veritas pticularis: nō tñ econuerso. Tertio sciēdū: q̄ ad falsitatē pticularis sequitur falsitas sue vlis. ſRō ē: q̄ si pdicatū nō verificet de aliq̄ ſppposito subiecti: qō requrit ad veritatē pticularis nō verificabitur de q̄libet: sic requrit ad veritatē vlis. igitur si pticularis est falsa: sua vlis est falsa: ꝫ nō econuerso: etiā si pticularis poneretur falsa: ⁊ nō vlis ei⁹: sequeretur q̄ due cōtradictorie eēnt sīl vere: ⁊ sīl false. qō ꝓbaretur eodē modo: sicut ꝓbatū est in prima pte legis subalternarū. Quarto sciēdū q̄ ad falsitatē vlis nō sequit falsitas pticularis. ſRō est q̄: ad falsitatē vlis sufficit predicatū falso dici de aliq̄ ſppposito subiecti: ⁊ ad falsitatem pticularis requrit falso dici de oibus. ſꝫ si falso dicatur de vno: nō oꝫ q̄ falso dicat de oib⁹ aliis: iō ad falsitatē vlis non sequitur falsitas pticularis: ⁊ hoc in materia cōtingenti: quia in materia naturali ⁊ remota si vlis sit falsa etiā ⁊ pticularis: ⁊ per hoc habentur quattuor ptes q̄ sunt ī lege subalternarum. Ex predictis colligitur q̄ ad veritatē vlis affirmatiue pdicatū oꝫ inesse subiecto ꝓ q̄libet ſppposito ⁊ ad falsitatē sufficit q̄ remoueatur ab aliq̄: seu vnico ſppposito. ſꝫ ad veritatē pticularis vel indefinite sufficit predicatū verificari de subiecto ꝓ vnico ſppposito ei⁹ ⁊ ad falsitatē eius oportet ipsum falso dici de q̄lꝫ ſppposito: ⁊ ad veritatē singularis requirit q̄ verificetur de vnico determinato ſppposito: ⁊ ad falsitatem q̄ remoueatur ab eodē. ſꝫ cōtra predicta primo arguitur. Ad positionē vlis no sequit positio pticularis: ut ad positionē aialis nō sequitur positio hois: ergo ad veritatē vlis nō sequitur veritas pticularis. Scōo sic. ¶Nō sequit omne aial preter sortē currit: ergo qō q̄dā aial preter sortē currit. igitur ad veritatē vlis non sequit veritas particularis.

Tertio sic. Ad veritatē huius q̄dā hō ē aial. seq̄tur veritas hui⁹: ois hō est aial ⁊ ad istā: aliq̄s sol lucet, sequit ista: ois sol lucet. igitur ad veritatē pticularis sequitur veritas vniuersalis. Quarto sic in oi bona cōsequētia ꝓsequēs includitur in antecedēte. ſꝫ in falsitate pticularis nō includit falsitas vlis: q̄ in pticulari nō includitur vlis sua: ergo ad falsitatē pticularis nō sequitur falsitas vlis. Quinto sic: vbicūq̄ꝫ subiectū tenetur p equalib⁹ ſppositis, ⁊ vbi ē idē predicatū est eadē causa veritatis ⁊ falsitatis: ſꝫ in vnū sali ⁊ pticulari ei⁹ subiectū tenet p equalib⁹ ſppositis als nō eēnt oppposite igitur hñt eādē causam veritatis ⁊ falsitatis: ergo ad falsitatē vlis seq̄tur falsitas pticularis. Ad argūmēta. Ad pmū dicit q̄ ad positionē vlis incōpleti qō ē supius alicui⁹ inferioris nō sequitur positio sui pticularis. ſꝫ ad positionē vlis cōpleti qō est ꝓpositio vlis: sequit ꝓpositio sui pticularis. ⁊ de isto vniuersali solū ē hic ad ꝓpositū.

Ad scōm dicitur q̄ ibi male capitur pticulare illius ꝓpositiōis vlis: q̄ exceptio nō pōt addi termino capto pticulariter. ſꝫ sic oꝫ capi sua pticularis aliq̄ō aial aliud a sorte currit: ⁊ tūc bene sequit ad suā vniuersalē. Ad tertiū dicit q̄ ſꝫ in illis ꝓpositiōib⁹ ad pticulare sequat vlis: hoc tamē nō est rōne modi enūciādi. ſꝫ tñ grā materie: q̄ nō seq̄tur in oibus. Vñ due prime sunt in materia naturali in q̄ vlis ⁊ pticularis ei⁹ cōpollēt q̄ ad veritatē ⁊ in alijs est vnū solū ſppositū subiecti quare si pticularis ē vera etiā vlis.

Ad q̄rtū dicitur q̄ licet in falsitate pticularis nō includatur formaliter falsitas vniuersalis tamen includitur virtualiter: quia in hoc q̄ predicatū falso dr ꝓ q̄libet ſppposito subiecti includitur q̄ falso dicatur ꝓ aliquo qō sufficit ad falsitatē vniuersalis. Ad quintū dicitur q̄ in vniuer-

sali ⁊ particulari subiectū or de equalibus suppositis: nō tamen eodē modo: qz in vniuersali distribuitur ⁊ tenetur in actu ꝓ oibus suppositis ei⁹: ⁊ in ꝑticulari solū tenetur ꝓ oibus in aptitudine: ⁊ non in actu cum non distribuatur. ⁊ sic patet de lege subalternarū.

¶ Propositionū ꝑticipantiū vtroqz termino ordine econuerso triplex est conuersio. ſ. simplex: ꝑ accīs ⁊ ꝑ cōtrapōnē.

Postqz autor determinauit supius de oppositiōe q̄ est passio ꝓpositionū ꝑticipantiū vtroqz termino ordine. Hic cōsequēter determinat de conuersione q̄ est passio ꝓpositionū ꝑticipantiū vtroqz termino ordine econuerso. ⁊ qz conuersio dicitur analogice. i. fm prius ⁊ posterius de suis speciebus: ideo autor nō diffinit eā in cōi: sed diuidit ⁊ postea diffinit eā in suis specieb⁹. hic tñ videndū est de rōne eius in cōi. Primo sciendū q̄ cōuersio accipitur dupliciter. vno modo generaliter ꝓ quacūqz mutatione rei de vno in aliud sicut est cōuersio de bono in malū: vel conuerſio aque in vinū: ⁊ sic dicitur tā de cōuersione terminorum q̄z rerū ⁊ propositionū. Alio modo capitur specialiter solū ꝓ mutatiōe vnius ꝓpositionis in aliā q̄ est conuersio ꝓpositionū: ⁊ sic est proprietas ꝓpositionū que conuertuntur ⁊ sic cōsideratur hic: ⁊ non primo modo. Scōo sciendū q̄ cōuersio ꝓpositionū adhuc accipitur tripliciter: vno mō cōiter ꝓ oi mutatiōe vnius ꝓpositionis in aliā: ⁊ sic cōtinet sub se cōuersionē in terminis: ⁊ conuersionē in oppositā q̄litatē q̄ cōuenit ꝓpōnibus de ꝓtingēti ad vtrū libet ut dicēdo sortē currere ē ꝓtingēs: ergo sortē nō currē ē ꝓtingēs. Scōo mō capit⁹ min⁹ cōiter ꝑut ē mutatio ꝑdicati in subiectū: ⁊ econuerso sue ibi sit bona cōsequētia siue nō. Tertio capit⁹ ꝓprie ꝑut ē mutatio ꝑdicati i subiectū: ⁊ ecōtra cū bona ꝙsequētia vni⁹ ꝓpositiōis ad aliā. vnde qz mutatio situs terminorum cū qua est bona ꝙsequētia dicitur debita. alia aūt vbi nō ē bona ꝙsequentia dicitur indebita mutatio. nō cōuersio magis ꝓprie significat mutationē sit⁹ terminorum ꝓpositiōis cū bona cōsequētia vni⁹ ꝓpositiōis ad aliā q̄z significat aliā mutationē ⁊ solū hoc tertio mō sumit hic cōuersio. Tertio sciendū q̄ cōuersio sic diffinitur. Conuersio est ꝓpōnū vtroqz termino ꝑticipantiū ordine ecōuerso vnius ad aliā formalis cōsequētia. In qua diffinitiōe ponitur formalis ꝙsequētia loco generis. ipsa enī est supi⁹ ad argumētationē cōuersionē ⁊ ad alias simplices cōsequētias: ⁊ ē formalis cōsequētia q̄ tenet in oībus terminis simili forma arguēdi retēta. Deinde ponitur ꝓpōnum vtroqz termino ꝑticipantiū ad differētiā ꝙsequentie ꝓpositionū q̄ nō sunt vtroqz termino ꝑticipātes sicut est in entimate vel exēplo. ponitur ordine ecōuerso ad differētiam ꝙsequētie ꝓpōnū q̄ sunt vtroqz termino ꝑticipātes eodez ordine: sicut ē ꝙsequētia inter subalternas vel inter eqpollētes. Ex q̄bus patet q̄ in qualibet cōuersiōe cū sit quedaz ꝙsequētia requirunt⁹ due ꝓpōnes: ⁊ prima ē cōuersa ⁊ ē antecedēs respectu alteri⁹. scōa nō dicitur ꝙuertēs ⁊ est consequēs ad aliā. Quarto sciendū q̄ ꝓpositionū cathegoricarū vtroqz termino ꝑticipantiū ordine ecōuerso triplex est ꝙuersio simplex per accidēs ⁊ per cōtrapositionē: cuius diuisiōis sufficiētia sic habetur. qz oīs ꝙuersio est ꝙsequētia vnius ꝓpōnis ad aliā cū mutatione situs terminorum. vel ergo in illis ꝓpōnibus termini hñt cōtrariā positionē sic q̄ in vna ponant⁹ finite et in alia infinite: vel habēt simulē positionē sic q̄ eodē modo tenent⁹ in vtraqz: si primū sic est cōuersio per ꝓtrapositionē. si secūdū sic est dupliciter vel vna ꝓpositio sequitur imediate ⁊ cōuertit⁹ ad aliā: ⁊ sic est cōuersio simplex: vel nō ꝙuertit⁹ sz solū ex ꝙsequēti sic est cōuersio per accidēs in qua ꝙuertēs nō sequit⁹ imediate ad cōuersam sz per alterā. ſ. rōne vnius ꝓpōnis q̄ sequit⁹ primo ad cōuersam ad quā sequitur sua cōuertēs sicut inferi⁹ patebit. Sed ꝓtra predicta primo arguit⁹. Cōuersio dicitur mutatio ꝑdicati in subiectū. sz predicatū cū bēat rōnē forme non pōt mutari in subiectū qđ habet rōnem materie: ergo cōuersio nō est possibilis: nec est passio propositionū. Scōo sic: cōuersio est mutatio situs terminorum ꝓpositionis igitur debet dici passio terminorum ⁊ nō ꝓpositionū. Tertio sic: ꝙuersio nō est aliqua argumētatio cū in ipsa non sit medium ⁊ tamē in oi argumentatiōe est aliqđ medium: igitur cōuersio non est cōsequētia formalis. Quarto sic: homo ⁊ risibile ꝙuertuntur: ⁊ non cōuertunt⁹ per aliquā harū specierū cōuersionis: igitur male ponuntur tñ tres spēs cōuersionū. Quinto sic: Aristo. sufficienter determinās de cōuersionibus nō posuit cōuersionē per cōtrapositionē: igitur hic male ponitur inter spēs cōuersiōis. Ad argumenta. Ad primū dicit⁹ q̄ cōuersio est possibilis cū oēs ei⁹ cause sint possibiles: ⁊ licet predicatū formaliter sub intentione predicati non possit mutari in subiectū: tñ q̄tū ad illō quod ē bene mutatur in subiectū ⁊ ecōtra. Ad fm dicit⁹ q̄ ꝙuersio debita q̄tū ad rōnē a qua sumitur nomē cōuersionis dicitur mutatio situs terminorum. dicitur enī cōuersio q̄ simul versio subiecti in predicatū ⁊ ecōtra. ⁊ scōm hoc i suo nomine nō est bona ꝙsequētia: sed q̄tū ad id cui nomē imponitur ē cōsequētia cū mutatione terminorum: ⁊ talis cōsequētia est passio ꝓpositionū: ⁊ nō terminorum: ⁊ adhuc mutatio terminorum nō cōuenit terminis fm se sed ut sunt in ꝓpositione: ideo ē passio ꝓpositionis sibi cōueniēs rōne terminorum. Ad tertiū dicitur q̄ licet cōuersio non sit aliqua argumētatio tamen non sequitur q̄ non sit ꝙna formalis: quia cōsequentia est quoddā superius ad argumētationem ⁊ simplices cōsequentias cuiusmodi sunt conuersio ⁊ equipollentia. Ad quartū dicit⁹ q̄ hō ⁊ risibile inter se cōuertuntur per cōuertibilitatē ⁊ non per cōuersionē: sic enī differūt cōuersio ⁊ cōuertibilitas ⁊ cōuertentia: qz cōuertibilitas ē passio terminorum cōuertibiliū qui de se inuicē vniuersaliter verificantur. sz cōuertētia est passio relatiuorum q̄ ad inuicez referuntur ut sunt ꝑ filius. ⁊ cōuersio est passio ꝓpōnū.

Ad q̄ntū dicit⁹ q̄ Aristoteles cōsiderat conuersionē ut est ꝓncipiū reductiuū sillogismorum impfectorum ad ꝑfectos: ⁊ qz cōuersio per cōtrapositionē ad hoc non deseruit: qz in ipsa non manēt idē termini simpliciter qui tñ debent remanere in reductione sillogismorum: nō illā nō enumerauit Aristoteles inter conuersiones: sed ꝙdē. hi. ꝙsiderauit cōuersionē ut est passio ꝓpositiōis. ⁊ cōuersio per cōtrapositionē est que dā passio eius: ideo ipsam cū alijs enumerauit: inde etiā ꝓuenit q̄ autor ibi determinauit de cōuersione in ꝓmo tractatu vbi cōsiderat de enūciatiōe: ⁊ Aristoteles de conuersione in libro priorum determinat: vbi ꝙsiderat de sillogismis.

¶ Simplex cōuersio est qñ de predicato fit subiectū. ⁊ de subiecto predicatū manēte eadē qualitate ⁊ quātitate propōnis ⁊ hoc modo cōuertitur vlis negatiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua: ut nullus homo est lapis: nullus lapis est homo. Quidā homo est aīal: quoddā animal est homo.

Postqz autor ꝑmisit diuisionē ꝓdictā. hic ꝙsequēter determinat de mēbris ei⁹. ⁊ qz in ꝓdictione simplici ⁊ ꝑ accīs manent idē termini ⁊ fm rē ⁊ vocē. ⁊ i ꝓdictione ꝑ cōtrapositionē solū manēt fm vocē: ⁊ variant fm significationē iō ꝑ⁹ determinat de ꝓdictione simplici ⁊ ꝑ accīs q̄z de alia: ⁊ qz i ꝓdictione simplici ē solū mutatio sit⁹ terminorum ⁊ non mutantur q̄ntitas nec q̄litas ꝓpōnis: ⁊ i ꝓdictione per accīs ē mutatio q̄ntitatis cū mutatiōe sit⁹ terminorum: iō prim⁹ agit de ꝓdictione simplici q̄z ꝑ accīs. Primo sciēdū q̄ ꝓdictio simplex ē mutatio ꝑdicati i subiectū: ⁊ ecōtra: manente eadē q̄ntitate ⁊ q̄litate: in q̄ diffinitiōe ponit⁹ mutatio loco generis. deide ponit⁹ ꝑdicati subm ⁊ ecōtra: ad dīam ꝓdictionis ꝑ ꝓtrapositionē vbi nō mutat⁹ simplr ꝑdicatū i subm sz mutant⁹ termini finiti in termios infinitos: ⁊ sic variant fm significata. Deide ponit⁹ manēte eadē q̄litate ⁊ q̄ntitate ad dīaz ꝓdictionis per accīs vbi ē mutatio q̄ntitatis ꝓpōnis nō tñ remanet hic eadē q̄litas vl q̄ntitas i numero: qz ꝓdictēs ⁊ ꝓdicta numero differūt: sz solū manet eadē in spē. Scōo sciēdū q̄ ista cenūsio dicit

simplex duplici de cā. Primo q̄ ibi ē simplex mutatio p̄dicati in subiectū sine mutatiōe q̄ntitatis vt̄ terminoꝝ finitorū i infinitos terminos sicut in q̄uersiōe p̄ positionez q̄ nō est simplex mutatio sz ē mutatio ꝓplectēs plures mutationes. Scōa cā ē q̄ i hac q̄uersiōe ꝓpō q̄uersa p se p̄mo. i. ꝼz se totā q̄uertit: ⁊ nō gr̄a ptis: sicut i q̄uersiōe p accidēs: vbi vlis nō ꝼm se totā q̄uertit: sz ꝼm suā ptem̄ularē. ⁊ inde est q̄ in ista q̄uersiōe vna ꝓpō simplex q̄uertit in aliā. ⁊ iō in q̄uersiōe simplici est p̄ña q̄uertibilis: q̄ sicut q̄uertēs sequit ad q̄uersam: ita ecōuersio q̄ō tm̄ nō fit in q̄uersiōe p accidēs vbi licet ptem̄ularis q̄uertēs sequat ad vlem: nō tm̄ ecōtra: vt licet sequat omis hō est aīal: ergo quoddā aīal ē hō: nō tm̄ ecōtra. Tertio est sciēdū q̄ ꝼm q̄uersionē simplicē q̄uertit ptem̄ularis affirmatiua. q̄ō sic ꝓbat: q̄ bn̄ seq̄tur q̄daz hō est aīal: ergo quoddā aīal ē hō: ⁊ ibi est mutatio p̄dicati in subiectū ⁊ ecōtra: igitur ibi est bona q̄uersio. añs p̄z: q̄ si ista sit vera quidā hō ē animal. o3 q̄ aliq̄d idē sit hō ⁊ animal. tūc signet illud idē q̄ō sit hō ⁊ animal: ⁊ vocetur so2. ⁊ arguit sic p̄ sillogismū expositoriū. i. ex singularib⁹ factum. so2. est hō: so2. ē animal. ergo quoddā animal ē hō. ⁊ sic ista quoddā animal ē hō seq̄tur ad illā. s. quidā hō est animal. ad quā sequūtur p̄misse illi⁹ sillogismi expositorij. Quarto sciēdū q̄ ista q̄uersiōe etiā q̄uertitur vlis negatiua. q̄ō ꝓbatur sic: q̄ bn̄ seq̄tur: null⁹ hō est lapis. ergo nullus lapis est hō: q̄ omis p̄ña est bona in q̄ expositio ꝓsequentis seq̄tur oppositū añtis: sz sic ē de ista: q̄ ad istā q̄ est ꝺictoria p̄ñtis q̄dam lapis est hō. seq̄tur ista. q̄dam hō est lapis p q̄uersionē simplicē ptem̄ularis affirmatiue iā ꝓbatā ⁊ illa est oppositū añtis. ergo p̄ma p̄ñtia fuit necessaria. Et pōt aliter sic argui: si nō seq̄tur null⁹ hō est lapis. ergo nullus lapis ē hō oppositū p̄ñtis stabit cū añte: sz ad ipsum seq̄tur ꝺictoriū añtis: ergo due ꝺictorie stabūt simul in veritate q̄ō est impossibile. igitur o3 p̄mā p̄ñam fuisse necessariā. Sz ꝓtra ꝓdicta p̄mo arguit. In oi cōuersiōe est mutatio p̄dicati cū mutatiōe subiecti ergo in q̄libet cōuersiōe sunt plures mutationes: ⁊ p cōsequens nulla est mutatio simplex siue conuersio. Scōo sic: hec ē cōuersio simplex: sortes ē hō. igitur quidā hō est so2. ⁊ tm̄ ibi nō remanet eadē q̄ntitas cum p̄ma sit singularis ⁊ secūda sit ptem̄ularis: igitur in cōuersiōe simplici nō manet eadem q̄ntitas. Tertio sic. Nullus hō est species. igitur nulla species est hō. nō seq̄tur cū añcedēs sit verū ⁊ p̄ñs falsū: cū cōtradictoriū cōsequētis sit verū. s. aliqua spēs est hō: igitur vlis negatiua nō bn̄ cōuertitur simpliciter. Quarto sic: nō seq̄tur nullus senex erit puer ergo nullus puer erit senex. cū añs sit verū ⁊ cōsequēs falsū igitur cōuersio simplex vniuersal⁹ negatiue nō ē bona p̄ña.

Quinto nō seq̄tur: q̄dam lapis est in muro: ergo q̄dam murus ē in lapide. igitur ptem̄ularis affirmatiua nō cōuertit simpliciter. Ad argumēta. Ad p̄mū dī q̄ iz in q̄uersiōe simplici sint due mutatiōes in numero q̄ntū ad terminos p̄pōnis tm̄ est vna tm̄ in spē. s. mutatio situs terminoꝝ: ⁊ nō est cōplectēs plures mutatiōes spē sicut ē in aliis cōuersionib⁹. Ad scōm dī: q̄ in illa cōuersiōe nō manet eadem q̄ntitas q̄ntū ad modū enūciandi: tm̄ manet eadē virtualiter q̄ntū ad id p quo verificant⁹ ille ꝓpōnes: q̄ sicut singularis p vnico supposito verificat⁹ ita ⁊ ptem̄ularis ⁊ indefinita rōne cui⁹ de singularib⁹ ptem̄ularib⁹ ⁊ indefinitis idē ē iudiciū q̄ntū ad cōuersiōes. Ad tertiū dī q̄ illa: nullus hō est spēs o3 sic cōuerti: nulla spēs est aliquis hō ad hoc q̄ hō in secūda euidenter teneatur p suppositis sicut in p̄ma.

Ad quartū dī q̄ ille due. s. nullus senex erit puer ⁊ null⁹ puer erit senex p̄nt capi in sensu cōposito: ⁊ tūc ē sens⁹. nullus senex sub forma senis erit puer ⁊ sic ambe sunt vere et p̄nt capi in sensu diuiso ⁊ est sensus talis: nullus senex q̄ntū ad id q̄ ē erit puer: ⁊ sic p̄ma ē falsa sic ⁊ scōa q̄ ibi senex supponit p oib⁹ senib⁹ p̄ntibus ⁊ futuris: rōne verbi de futuro: ⁊ p oibus illis distribuitur: mō de aliquo futuro sene qui forsan cras nascetur verē ē dicere q̄ erit puer. Ad quintū dī q̄ illa nō cōuertitur sic quidā lapis est in muro. ergo quidam murus ē in lapide: sed debet sic cōuerti: ergo quoddā ens i muro est lapis q̄ p̄dicatū p̄me nō est mur⁹ sed ens in muro. ⁊ similiter etiaz dicitur de istis: quidā oculus est in capite: quoddam vinum est in dolio.

¶ Cōuersio p accidēs est q̄n de predicato fit subiectū ⁊ de subiecto predicatū manēte eadem qualitate sed mutata quantitate: ⁊ sic cōuertitur vlis affirmatiua in ptem̄ularem affirmatiuam: ut oīs hō ē aīal: quoddā animal est hō. Et vlis negatiua in ptem̄ularē negatiuā: ut nullus hō est asinus: quidam asinus est homo.

Postq̄z auctor determinauit de cōuersione simplici in qua solū est mutatio p̄dicati in subiectū ⁊ ecōtra. hic cōsequenter determinat de cōuersione p accidens in qua sunt due mutatiōes. s. p̄dicati in subiectū ⁊ q̄ntitatis: ipsam sic diffiniēs: cōuersio est trāspositio p̄dicati in subiectū ⁊ econtra: manente eadē qualitate sed mutata q̄ntitate. Cuius diffinitiōis est eadem explicatio sicut p̄cedētis p̄ter hoc q̄ hic ponit mutata q̄ntitate ad differētiā q̄uersiōis simplicis.

Primo sciendū q̄ hec cōuersio dicatur p accidēs: q̄ p ipsam nō conuertitur ꝓpositio ꝼm se totam ⁊ p se primo sed gratia partis. s. secundū suā ptem̄ularem vt hec omnis hō est animal: ergo quoddam animal est hō: p̄ma nō cōuertitur nisi rōne sue ptem̄ularis. s. quidā hō ē animal. que conuertitur simpliciter in aliā ⁊ nō cōuertit ꝼm se totā: hoc ē ꝼm oēs suas singulares: ctiā illa conuertēs seq̄tur ad ipsam secūdum partē ei⁹ ⁊ nō p se primo. mō id q̄ conuenit alicui ꝼm partē sibi cōuenit p accidens: ⁊ p alterū: ideo talis conuersio p accūs notat. Scōo sciēdū q̄ ꝼm hāc conuersionē debite conuertitur vlis affirmatiua in particularē affirmatiuam. probatur: q̄ hec ē bona p̄ña cū trāspositiōe subiecti ⁊ p̄dicati. omnis homo est animal: ergo quoddā aīal ē homo. ergo ibi est debita cōuersio cū cōuersio sit formal⁹ cōsequentia vnius ꝓpōnis ad aliā cū mutatiōe p̄dicati i subiectū: antecedens p̄bat: q̄ ad istā oīs homo est animal sequitur ista quidā hō ē animal. p legē subalternaz. ⁊ vltra seq̄tur quidā hō est animal. ergo quoddā animal ē hō per cōuersionem simplicē: ergo de primo ad vltimū seq̄tur oīs hō est animal: ergo quoddā animal ē hō p illā regulā cōsequētiarū. quicq̄d seq̄tur ad p̄ñs bone cōsequētie seq̄tur ad antecedens ⁊ talis cōsequētia vocat de p̄mo ad vltimū: et sic vlis affirmatiua bn̄ cōuertitur p accidēs: nō tm̄ pōt conuerti simpliciter: q̄ argueret a nō distributo ad distributū a ꝓte p̄dicati p̄me ꝓpōnis q̄ nō distribuitur in p̄ma: eo q̄ est p̄dicatū ꝓpōnis affirmatiue ⁊ tm̄ distribueretur in secūda cū esset subiectū ꝓpositionis vlis. Tertio sciendū q̄ p cōuersionē p accidēs debite q̄uertitur vlis negatiua in particularē negatiuā. patet q̄ hec est bona p̄ña cū transpositione terminoꝝ: null⁹ hō est lapis: igitur quidā lapis nō est hō: igitur vlis negatiua bn̄ cōuertit⁹ p accidēs. añs p̄z: q̄ bn̄ seq̄tur: null⁹ hō est lapis: ergo null⁹ lapis ē hō p conuersionē simplicē ad quā seq̄tur: q̄dā lapis nō est hō: nō seq̄batur ad p̄mā: ⁊ ibi est bona p̄ña. Ite si nō sequatur nullus hō est lapis: ergo quidā lapis nō est hō. oppositū p̄ñtis stabit cū añte in veritate. s. oīs lapis est hō. sed ad ipsam sequitur quidā homo est lapis p cōuersionē per accidēs vniuersal⁹ affirmatiue. sed illa est cōtradictoria añtis. igit due cōtradictorie stabūt simul in veritate q̄ō ē impossibile. ⁊ sic militer posset ꝓbari cōuersio p accidēs vlis affirmatiue.

Quarto sciēdū q̄ ut supponit in hac ꝓbatiōe vltia in oī mala p̄ña oppositū p̄ñtis stabit in veritate cū añte. Cui⁹ rō ē q̄ in oi mala p̄ña añs pōt esse verū cōsequēte existēte falso. ⁊ ideo oppositum p̄ñtis ipsius pōt stare in veritate cū añte. vñ p̄ña nō dī mala nisi q̄ p̄ñs ei⁹ nō includitur in añte. sed pōt esse falsum añte existente vero: ideo suum oppositū pōt esse verū cū añte talis cōsequētie: ⁊ ecōtra in bona p̄ña: vnde ex vero nunq̄z seq̄tur falsuz licet ex falso q̄libet sequatur verū. Ex q̄b⁹ patet q̄ vlis affirmatiua ⁊ vlis negatiua bn̄ cōuertunt⁹ p accidēs. sed nulla ptem̄ularis pōt cō

uerti p accidens: qz si sic ꝙuerteretur in vniuersalē. sed ad ꝑticularē nūq̄ sequitur formaliter sua vlis: iō ꝑticularis nunq̄ cōuertitur p accīs. Sed cōtra ꝑdicta ꝓmo arguit. q̄ litas rei ꝙsequitur quātitatē ei⁹ igitur mutata quātitate mutabitur q̄litas. ergo in ꝙuersiōe p accidēs nō manet eadem q̄litas mutata quātitate. Scōo sic: nō sequitur oīs hō videt lapidē: igit quidā lapis videt hoiem. ergo vlis affirmatiua nō bñ cōuertitur p accidēs. Tertio sic nō sequitur oīs hō ē mortuus: ergo q̄dā mortuū ē hō cū añcedēs ꝓsitesse verū ꝓñte existēte falso. ergo vlis affirmatiua nō bñ cōuertitur p accidēs. Quarto sic: nō seq̄tur nullus hō ē mulier: ergo q̄dā mulier nō est hō igitur contra[illegible]rsionē vlis negatiue. Quinto sic: non seq̄tur nullū animal ꝓter hoiem est rōnale: ergo quoddā rōnale nō est animal ꝓter hoiem: igitur vlis negatiua nō ꝺz ꝙuerti p accidēs. Ad argumēta. Ad ꝓmū ꝺr q̄ mutata quātitate in nūero mutatur q̄litas fm numerū: qz q̄litas seq̄tur quātitatē ineſſe numerali: sed mutata quātitate in ſpē non mutatur qualitas in specie: qz fm suū esse ſpecificum nō seq̄tur quātitatē. Et de ista est hic ad ꝓpositū. Ad fm dicitur q̄ illa nō bñ ꝙuertit: ſz ꝺz sic cōuerti oīs hō videt lapidē: ergo quoddā videt lapidē est hō. est enim regula in ꝙuersionib⁹ q̄ q̄n in ꝓpone ponitur verbū ꝺr adiectiuū p copula ꝓncipali añcz ꝙuertatur ꝓpō illud resoluēdū est p est: et suū ꝓticipiū ꝺz illud ꝓticipiū accipi in ꝑdicato et reduci ad ſubiectū ꝙuertētis aliter nō fieret de ꝑdicato ꝓme ſubiectū secūde. Ad tertū ꝺr q̄ illa nō bene ꝙuertitur: qz in ista oīs hō est mortuus: hō ſupponit p ꝓsentibus et ꝓteritis simul. rōne illi⁹ ꝓteriti mortuus. et in alia tenetur p ꝓsentibus tm̄: et nō ampliatur sed debet sic cōuerti omnis hō est mortuꝰ: ergo quoddā mortuū est vel fuit hō. vñ habendū est ꝓ regula q̄ termini ꝙuertēdi et ꝙuerſe debēt teneri eque ample et eq̄ ſtricte. i. ꝓ equalibus ſuppositis: aliter ille nō eſſent ꝓticipātes vtroq̄z terminoꝝ: ideo ista sic cōuertitur omnis hō est generādus. ergo quoddā generādum est vel erit hō: et debz poni verbū futurū vt hō ſtet in secūda p futuris sicut in ꝓma. Ad q̄rtū dicitur q̄ illa debet sic cōuerti. nullꝰ hō ē mulier: ergo q̄dā mulier nō ē aliąs hō. et ponitur aliąs hō vt hō ſtet in secūda p viris tm̄ sicut in ꝓma. Ad quintū dicitur q̄ illa male ꝙuertitur ſz debz sic ꝙuerti: nullū animal ꝓter hoiem est rōnale. ergo quoddā rōnale nō est animal aliud ab hoie resoluēdo ꝓter p aliud et ab. et sic debet fieri in oībus exceptiuis. de istis tm̄ et reduplicatiuis et excluſuis habet videri in paruis logicalib⁹: quomodo in speciali cōertantur: et sic patet de cōuersione per accidens.

¶ Conuersio p cōtrapositionē est facere de ſubiecto ꝑdicatū: et de ꝑdicato ſubiectū manente eadem qualitate et quātitate: ſed terminis finitis in terminos infinitos mutatis/ Et hoc modo conuertitur vniuerſalis affirmatiua et ꝑticularis negatiua: ut omnis homo ē animal: omne nō animal est nō hō: et q̄dam hō nō est lapis: quidā nō lapis nō est nō hō. vñ verſ⁹/ Feci ſimpliciter cōuertitur eua p acci. Asto p contra sic fit ꝙuersio tota. Asſerit a negat e ſz vlter ambe. Asſerit i. negat o ſz ꝑticulariter ambe. A. id est vlis affirmatiua. E. i. vlis negatiua. J. i. ꝑticularis affirmatiua O. i. ꝑticularis negatiua/ Et sciendū q̄ ſignum in ſubiecto ꝓpositionis q̄ debet cōuerti q̄cūq̄z sit illud debet poni ſupra totū predicatū et reducere totū ad ſubiectū.

Preterea eadem est conuersio et indefinite et ſingularis et particularis.

Postq̄z determinatū est de cōuersione ſimplici et p accidēs vbi termini mutant ſolū fm ſitū. hic cōſequenter ꝺr de cōuersione p cōtrapositionē vbi termini mutantur ſecundū ſitum et ſignificata ſimul ipſam sic diffiniēs. Cōuersio p cōtrapositionē est mutatio ſubiecti in ꝑdicatū et ecōuerſo manēte eadem qualitate et quātitate: ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: cuius diffinitiōis ſimilis est explicatio: ſicut precedētū: niſi quia ibi ponitur mutatis terminis finitis in terminos infinitos ad differētiam cōuerſionis ſimplicis et per accidēs. Primo sciēdum q̄ terminus finitus et infinitus cōtradicūt ideo dicuntur habere contrariā positionē et nō ſimlē. et quia in ista cōuersione termini finiti mutātur in terminos infinitos hītes cōtrariā positionē terminis finitis: ideo talis ꝙuersio dicitur p cōtrapositionē. vñ quia terminus finitus et infinitus cōtradicunt vt dictū est: et quāto vnū cōtradictoriorū est cōmunius et de pluribus dicitur tāto ſuum cōtradictoriuꝫ est minus cōmune et de paucioribus dicitur: ideo quāto terminus finitus ē cōmunior et generalior tāto terminus infinitus est ſpecialior: vt patet p exemplū animal enim est cōmunius q̄z hō et ecōtra: nō hō est cōmunius q̄z nō animal: qz dicitur de oībus alijs ab animali: et cū hoc de alijs animalibus ab homīe: et nō animal ſolū dicitur de alijs ab animali. Secūdo sciēdū q̄ p istā cōuersionem debite cōuenitur vniuersalis affirmatiua. patet quia hic est bona cōſequētia oīs homo ē animal: ergo oē nō animal est nō homo. igitur vniuersalis affirmatiua cōuertitur in vniuersalem affirmatiuam per cōtrapositionem antecedēs patet: quia bene ſequitur omnis homo est animal: igitur omnis homo nō est nō animal: qz animal et nō animal cōtradicūt: et vltra: omnis homo non est nō animal igitur omne nō animal nō est homo per conuersionem ſimplicem vniuersalis negatiue. et vltra: omne nō animal nō est homo: ergo omne nō animal ē nō homo quia homo et nō homo cōtradicūt: ideo de quocūq̄z verificatur hō negatur nō hō: ergo de ꝓmo adultimū ſequitur oīs homo est animal: ergo omne nō animal est nō homo. Aliter etiam posset ꝓbari: quia sicut animal est ſuperius ad hominem. ita nō homo ad nō animal ratiōe infinitationis vt dictum est: ideo ſicut animal vniuerſaliter verificatꝰ de homine: ita nō homo de nō animali. Tertio sciēdum q̄ particularis negatiua debite cōuertitur per cōtrapositionē patet: quia bene ſequitur quidā hō nō est lapis: ergo q̄dam nō lapis nō est nō hō. et sic ibi est debita cōuerſio. añcedēs patet: quia bene ſequitur: quidam hō nō est lapis: ergo quidā hō est nō lapis quia lapis et nō lapis cōtradicūt et vltra: quidā hō nō est lapis: igitur quidā nō lapis est hō. p cōuersionē ſimplicē ꝑticularis affirmatiue. et vltra: q̄dam nō lapis ē hō: igitur quidā nō lapis nō est nō hō qz homo et nō homo cōtradicūt: ergo ꝺe ꝓmo ad vltimū bene ſequitur: quidā hō nō ē lapis: ergo quidā nō lapis nō est nō hō. et sic ꝑticularis negatiua bene cōuertitur p cōtrapositionē: nō tm̄ cōuertitur ſimpliciter nec p accidēs: quia ibi argueretur a nō diſtributo ad diſtributū ex ꝑte ſubiecti ꝓme qđ in ꝓma nō diſtribuitur: cū ſit ſubiectū ꝓpositiōis ꝑticularis: et tm̄ in ſcōa diſtribueretur: cū eēt ꝑdicatum ꝓpōnis negatiue. Quarto sciēdum q̄ circa cōuerſiones ꝑdictas auctor ponit duo notabilia in tertu. Primū ē q̄ ſignū poſitū in ſubō ꝓpōnis que debet cōuerti debet poni ſupra totum ꝑdicatū eius: et illud aggregatū debet poni in ſubō cōuertētis: et hoc est intelligēdū de cōuerſiōe ſimplici et p cōtrapositionē vbi manet eadē quātitas et idē ſignū: et nō de conuersione p accidēs vbi mutatur quātitas. Scōm notabile ē q̄ eadē est conuersio particularis indefinite et ſingularis. Rō est: quia ſicut ſingularis ꝓ vnico ſuppoſito verificatur: ita et particularis et indefinita: ideo de ipſis idem est iudicium q̄z tū ad cōuerſiōes. vñ ex predictis patet q̄ vniuerſal affirmatiua cōuertit p accidēs et p ꝓpositionē ſimul: et vlis ne-

gatiua simpliciter ꝛ p accidēs. Sz ꝑticularis affirmatiua solū ꝙuertit simpliciter: ꝛ ꝑticularis negatiua solū p ꝯpositionē. ꝛ p hoc hñtur oēs ꝙuersiones. vñ versus. Simplr feci ꝙuertit sua p acci. Alto p ꝯ sic fit ꝙuersio tota. Sz ꝯ ꝑdicta arguit ꝑmo: termini finiti ꝛ infiniti nō sunt idē termini: igit in ꝙuersiōe p cōtrapositionē nō remanēt idē termini: igit ibi nō fit de subiecto ꝑdicatū nec ecōtra. Scōo sic: sicut se hz hō ad aial: ita nō hō ad nō aial. qz sicut se hz affirmatio ad affirmationē: ita se hz negatio ad negationē. sed hō nō pōt vlr dici de aial: ergo nō hō nō pōt dici vliter de nō aial: igit hec ē mala ꝙuersio: ois hō ē aial: ergo oē nō aial ē nō hō. Tertio sic: si ꝑticularis negatiua ꝙuertatur per ꝯpositionē arguetur a nō destributo ad distributū a parte subiecti ꝙuerse: qđ distribuetur in scōa ꝛ nō in ꝑma: igitur talis ꝙuersio: ꝑticularis negatiue nō valet. Quarto sic: hec est bona ꝙuersio: aliqs hō est ſor. igitur ſor. ē hō: ꝛ tñ signū subiecti nō dz addi ꝑdicato ꝙuerse: qz termino singulari nō dz addi signū: igitur signū positū in subō nō semp dz addi ꝑdicato in ꝙuersiōe simplia. Quinto sic: due singulares diuerse q̄litatis ꝓdicūt nō aūt due ꝑticulares. ergo de ꝑticularib⁹ ꝛ singularib⁹ nō ē idē iudiciū. Ad argumēta.

Ad ꝑmū dr qꝫ in ꝙuersiōe p ꝯpositionē nō manēt idem termini ſm significatū ꝛ modū significādi: manēt tñ idē termini ſm vocē: qz in termino infinito icluditur tota vox termini finiti: ió fit de ꝑdicato subiectū ſm qđ: ꝛ ille ꝓnes sunt vtroqz termio ꝑticipātes. Ad scōm negatur maior qz hō est inferi⁹ ad aial: ſz nō hō est supi⁹ ad nō aial: ió nō se habent ſilr ꝛ illa auctoritas fiē se hz intelligit in ꝙuertibilib⁹ ꝛ nō int inferi⁹ ꝛ supi⁹. Ad tertiū dr qꝫ in hac ꝙuersiōe subiectū ꝙuerse nō manet simplr ꝛ ſm significatū eius ió nō ē idē qđ distribuitur in ꝑdicato cōuertētis: ꝛ in subiecto cōuerse est nō distributū: quare nō arguitur a non distributo ad distributū. Ad q̄rtū dr qꝫ illud notabile solū intelligit qñ ꝑdicatū cōuerse ē termin⁹ cōis cui bñ pōt addi signū: nō aūt qñ est termin⁹ singlaris. Ad quintū dr qđ ſz de ꝑticularib⁹ ꝛ singlarib⁹ nō fit idē iudiciū q̄tū ad oppositionē: ē tñ idē iudiciū q̄tū ad cōuersionē.

De propositione ipothetica.

Propositio ipothetica ē illa q̄ habet duas cathegoricas ꝓncipales ꝑtes sui: ut si hō currit hō mouetur. Et dicitur ipothetica ab hipos qđ est sub et thesis qđ est positio: q̄si supposita vna pars supponit alteri. Propositionis ipothetice: alia cōditionalis: alia copulatiua: alia disiunctiua.

Postq̄z superius determinatū est de ꝓpone cathegorica q̄ est simplex enūciatio ꝛ de qua principaliter in hoc tractatu intenditur. hic ꝙnter auctor determinat de ꝓpone ipothetica q̄ cōponitur ex pluribus cathegoricis: ꝛ sequit cathegoricā sicut cōpositū sua cōponētia: ipsam sic diffiniens. Propositio ipothetica est illa q̄ habet duas cathegoricas ꝙiūctas p aliquā cōiūctionē vl p aliqđ sibi equales. Pro quo sciēdū ꝓmo qꝫ in hac diffinitiōe p hoc relatiuū: illa intelligit gen⁹ diffiniti. i. ꝓpō q̄ hz modū gñis respectu ipothetice: ꝛ residuū ponit ad differētiā ꝓpōnis cathegorice. vñ ponit q̄ hz duas cathegoricas ad explicādū māz ꝓpōis ipothetice. due. n. cathegorice materialiter cōponūt ipothetica: ꝛ ponitur cōiūctas ad oñdēdū suā formā toti⁹ q̄ ē eē cōiūctū duaꝝ cathegoricaꝝ inter se: ꝛ ponitur p aliquā cōiūctionē ꝓpter formā ꝑtis ipothetice. sicut enī in cathegorica subiectū ꝛ ꝑdicatū sunt materia: et copula ē forma ꝑtis ꝛ eē vnitū subiecti ꝛ ꝑdicati ē forma toti⁹: sic in ipothetica due cathegorice sūt materia: et ꝙiūctio ipsas vniēs ē forma ꝑtis: et eē vnitū ipsaꝝ ē oino forma toti⁹. Scōo sciēdū qꝫ ꝓpones ipothetice ꝑnt dici affirmatie vl negatiue: qz vl dicitū ē hñt copulā ꝓncipalē. ꝛ si illa ponat cū negatione oñr negatiue. ꝛ si sine negatiōe oñr affirmatiue: ꝛ sic pñt dici q̄les ſz nō q̄ūte. Cuius rō est: qz q̄ūtitas ꝓpōnis se tenet er ꝑte subiecti ꝓpōnis: sed subiectū nō est ps ꝓncipalis ꝓpōnis ipothetice: ſz tñmō remota: ꝛ a ꝑtib⁹ remotis nō dz fieri de nouato rei: ió ipothetice nō oñr alicui⁹ q̄ūtitatis. Tertio sciēdū qꝫ ꝑdicta diffinitio pōt dici q̄ditatiua ſm modū. Rō est: qz explicat naturā ꝓpōnis ipothetice p gen⁹ ꝛ differētiā: hoc ē p materiā ꝛ formā ei⁹. ió oñdit ꝓncipia eēntialia diffiniti ꝛ essentiā eius eo mō quo hz essentiā: ꝛ ipsam habet suscipiēter qđ est ꝓpō ipothetica. Et dicitur ipothetica ab ipos qđ est sub: ꝛ thesis positio q̄si suppositiua locutio: qz in ipsa vna cathegorica est in potētia ad aliā. vñ ꝑma se habet quodāmodo in potētia ad secundā: ideo aliq̄ mō sibi supponitur. Quarto sciendū qꝫ ꝓpositio ipothetica diuiditur p cōditionalē copulatiuā ꝛ disiunctiuā q̄ dicūtur species eius ſm modū: q̄ diuisio sic ꝓbatur: qz in omnē ꝓpositiōe ipothetica cōiungunt due cathegorice: vel ergo cōiunguntur ſm voces tñ: et sic est disiunctiua. vel ſm voces ꝛ significata simul: ꝛ hoc dupliciter: qz vel illa significata de notant cōtinere se inuicē sicut añcedens cōtinet cōsequēs ꝛ copulantur per modū vnius: ꝛ sic est cōditionalis: vel copulant per modū diuersoꝝ: ꝛ sic est copulatiua. ꝛ per hoc patet qꝫ in cōditionali in qua vniuntur due cathegorice p modum antecedētis ꝛ consequētis: ꝛ per modū vnius magis vniuntur cathegorice q̄ꝫ in alijs vbi vniuntur p modū diuersoꝝ: ꝛ adhuc magis in copulatiua q̄ꝫ in disiunctiua: ió cōditionalis p̄cedit copulatiuā: ꝛ copulatiua disiunctiuā.

Sed cōtra ꝑdicta arguit ꝑmo: idē est ꝓpō ꝛ ꝓpō vna sicut habet phūs idē est hō ꝛ vnus hō: ſz ipothetica nō ē ꝓpō vna igit nec ē ꝓpō: ꝛ p ons male ponit ꝓpō esse gen⁹ eius. Scōo sic: ex duob⁹ actu exñtib⁹ nō pōt fieri vnum tertiū: ſz due cathegorice due sunt ꝓpones in actu: igit ipothetica nō fit ex duab⁹ cathegoricis. Tertio sic: hec ē ipothetica ſor. q̄ currit mouet: ꝛ tñ ibi nō ē ꝙiūctio vniēs ipsas cathegoricas igit ꝓtra diffinitionē ipothetice. Quarto sic: alia q̄ ē ipothetica cālis ut hec: qz sol lucz dies ē: ꝛ aliq̄ talis ut q̄ñ sol lucet dies ē. ꝛ aliq̄ localis: ut ſor. currit vbi plato disputat: ꝛ tñ ille ſpēs nō ponūtur in diuisiōe ꝓpōis ipothetice igit diuisio nō est bona. Quinto sic: eadē ē copulatiua ꝛ disiūctiua ut ſor. currit ꝛ plato vl robert⁹ disputat: igit mēbra illi⁹ diuisiōis coicidūt: igit diuisio ē insufficiēs.

Ad argumēta. Ad ꝑmū dr qꝫ ſz ipothetica nō sit vna simplr: ē tñ vna ꝙiūctiōe: qz capit vnitatē a ꝙiūctiōe vniēte ipsas cathegoricas. Ad scōz ūo dr qꝫ ſz ex duob⁹ exñtib⁹ actu ut actu sūt nō fiat vnū tertiū: tñ ex ipsis inq̄ntū vnū est in potētia respectu alteri⁹ bñ fit vnū tertium actu. ſz in ipothetica vna cathegorica bñ ē in potētia ad aliā: ē tñ cathegorica ſm ꝓpriū ei⁹ actū q̄ ē vnio ꝑdicati ꝛ subiecti in ipothetica: tñ ille act⁹ ꝓpri⁹ nō ē sibi vltimus actus. ſz ipsa est sub actu toti⁹ ipothetice: ió nō dr ibi ē sub actu ꝓprio: nec manet ibi sub forma ꝓpria tāq̄z sub vltia forma: qz forma ei⁹ se hz p modū potētie ad formā toti⁹ ipothetice. Ad tertiū dr qꝫ in illa ꝓpone nō ē ꝙiūctio explicite ſz sit iplicite ꝛ implicat. hoc relatiuo q̄ qđ tñ valet sicut ꝛ ille: ió sens⁹ est ſor. currit q̄ mouet. i. ſor. currit ꝛ ille mouet. ꝛ ſilr diceret de istis: ſor. ē tant⁹ quāt⁹ ē plato. ꝛ hector ē tal q̄lis est paris. Ad q̄rtū dr qꝫ ille ſpēs ipothetice ꝙtinet sub istis trib⁹ tāq̄z sibi iferiozes: ió nō debuerūt ꝯ ipas enūerari. vñ cālis ꝙtinet sub ꝙditionali: ꝛ talis ꝛ localis sub copulatiua: qz cū dr ſor. currit q̄ñ plato disputat. sensus ē: ſor. currit in aliq̄ ꝑte ꝛ in eodē plato disputat. ꝛ ſilr cū dicitur ſor. currit vbi plato disputat. sensus ē: ſor. currit in aliq̄ loco ꝛ i eodē plato disputat: ꝛ sic vtraq̄z resoluit in copulatiuā. Ad q̄ntū dr qꝫ ſz eadē ipothetica sit materialit copulatiua ꝛ disiūctiua: nō tñ ē eadē formalit: qz ſm qꝫ in ipsa pñt capi diuerse ꝙiūctiōes p copula ꝓncipali sic ē diuersaꝝ spēz: ut in ista: ſor. currit ꝛ plato. vl robert⁹ disputat: ſi ꝛ sit copula ꝓncipalis est copulatiua: ꝛ si vel ē copla ꝓncipalis ē disiūctiua.

Cōditionalis ē illa in q̄ ꝙiungūtur due

cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionē si: ut si hō currit hō mouet: ⁊ cathegorica illa cui immediate adiūgitur hec ꝯiūctio si dr añs: alia vero dr ꝓns. Ad veritatē ꝓditionalis exigit ꝙ añs nō possit eē verū sine ꝓnte ut si hō ē animal ē. vnde oīs cōditionalis vera ē necessaria: ⁊ oīs falsa ē impossibil' Ad falsitatē ei⁹ sufficit ꝙ añs ꝓ tit esse sine ꝓnte: vt si sortes est albus est.

Sed contra predicta primo arguitur. sortes ⁊ plato differunt essentialiter ⁊ non per aliquam istarū differentiarū quia non differūt accidente seperabili nec inseparabili nec etiam differentia specifica: ergo nō sufficienter ponuntur acceptiones differentie. Secundo sic: differentia cōmunis est id quod diuiditur in ista diuisiōe ergo male ponitur mēbrum diuisionis. Tertio sic illud quod facit cōuenire nō facit differre: sed accidens seperabile facit cōuenire cum sit quoddā cōmune in quo multa cōueniunt: igitur. Quarto sic: quia risibile est differentia propria ⁊ tamen non ē accidens inseparabile quia non continetur sub accidēte. ergo differentia propria male diffinitur. Quinto sic sensibile est differētia magis propria ⁊ tn nō est differētia specifica. sz generica. ergo differētia magis ꝓpria nō ē qua vnū differt ab alio differētia specifica. Ad argumēta. Ad primū dr q licet sortes ⁊ plato eēntialiter differāt: hoc tn fit originaliter p differentiā materialē ⁊ non formalē. hic aūt solū ponuntur acceptiōes differētie que solū faciunt differre essentialiter per formā. Ad secundū dicitur q licet hec differentia que hic diuiditur dicatur cōmunis secundū predicationē nō tamen dicitur cōmunis ratione vsus ipsius: eo q primo venit in vsum cōmuniter loquentū: sicut differētia dicitur cōmunis que ponitur mēbrum huius diuisionis.

Ad tertium dr q licet accidēs cōe sit causa cōuenientie suoꝝ subiectoꝝ quibus cōuenit: tamen est causa differentie suoꝝ subiectoꝝ ab alijs que habent formā sibi oppositā. Idē eni respectu diuersoꝝ bene facit conuenire ⁊ differre. Ad quartū dicitur q risibile nō est accidens inseparabile cōtentū sub accidente cōmuni: tamē si accidens inseparabile capiatur generaliter ꝓ omni accidente quod non separatur a suo subiecto: sicut capitur in proposito risibile bene ē accidēs inseparabile. Ad quintū dicitur q sensibile nō est differentia specifica cōstituens speciē specialissimā: tamē est differentia specifica cōstituens speciē subalternā. ideo accipiendo differentiā specificā cōmuniter pro omni differētia constitutiua speciei sicut hic capitur potest dici specifica.

¶Differētia ē q̄ ꝑdicatur de plib⁹ dñnti b⁹ spē in eo q q̄le: ut rōnale ꝑdicatur de homine et de hijs q̄ sunt differentia specie. Sumus eniz ut vult porphirius rōnales nos ⁊ dij: sed mortale additū separat nos ab illis. Illud aūt dicitur predicari in q̄le ad qō cōueniēter rn̄detur ad interrogationem factaz per quale. cum enim queritur qualis est hō: cōuenienter rn̄det rōnale. ⁊ ita rationale ꝑdicatur de hoīe in quale.

¶Postqz auctor posuit acceptiones differentie ut eliceret membrum quod faciebat ad propositum scilicet differētiaz magis propriam. Hic consequenter determinat de ipsa: ipsam primo sic diffiniens. Differentia est quod predicat de pluribus differentibus specie in eo quod quale. In qua diffinitione ponitur qō predicatur loco generis: et de pluribꝰ ad differentiā inuidui. de differentibus specie ponitur ad differentiā speciei ⁊ ꝓpriꝰ: que solū predicātur de inuiduis eiusdē speciei. ⁊ ponitur in eo qō quale ad dr̄iam generis ⁊ speciei: q̄ predicant in quid. ⁊ accidēs ⁊ propriꝰ q̄ predicātur in quale accidētale: et non in quale essentiale sicut facit differētia. ¶Primo sciendū q sicut genus dicit potentiam speciei: ita differentia dicit vltimū actum eius. ⁊ ratio est qz illud quod facit differre speciem ab omnibus alijs rebus ē vltimus actus speciei: quia per esse potentiale et per actum cōmunem species nō differt ab alijs: sed cum ipsis cōuenit sed differentia dicat id quo vna species differt ab alia. ergo differentia dicit vltimū actum speciei. Talis autez actus cōsideratur tripliciter. vno modo secundū se ⁊ absolute: et sic significatur per nomen primeintentionis: ut per rationale Secundo modo ut est communicabilis pluribus inferioꝛi ⁊ sic sibi attribuitur intentio ⁊ nomen vniuersalis. Tertio b⁹ modo in quantum facit differre speciez in qua est ab alijs: ⁊ ab illo respectu capit intentionem et nomen differētie ⁊ differentia quantum ad illud cui nomē attribuit dicit vltimum actum speciei: ⁊ inquantum ad suuz formale a quo imponitur dicit respectū differentie ad id a q̄ facit differre.

Secundo sciendū q hic diffinitur differentia pro re subiecta eius ut stat sub intentione vniuersalis ⁊ ꝑdicabilis et nō sub rōne intentionis differētie. ¶Rō est: qz hic diffinitur differentia ut habet respectum ad plura inferiora eius. s. ad plures species in quibus est: sed scōm talē respectū habz rōnem vlis et ꝑdicabilis. ió hic diffinitur sub rōne ꝑdicabilis ⁊ nō ſm illū respectum quo facit differre a quo sumitur ratio differentie. ió hic nō diffinitur differentia q̄tum ad rōnem intentionis differētie quare hic queretur diat differentia est quod ꝑdicatur q̄ differētia est q̄ ꝑdicatur qz qō predicatur dat intelligere ꝑdicabile qō est suū antecedens.

Tertio sciendū q differētia magis propria dupliciter capitur vno modo generaliter ꝓ quacūqz differētia constitutiua speciei siue specialissime siue subalterne: ⁊ hoc mō non diffinitur hic: qz hec diffinitio nō conuenit differentie quetibili cū specie specialissima. Alio mō capitur specialr solū

pro differẽtia generica que cõuertit cũ genere subalterno ⁊ constituit speciẽ subalternã. et hoc modo hic diffinitur: talis enim constituit speciem subalternam que diuidit per plures species: ideo est cõis pluribus speciebus sicut illa species quã constituit. ⁊ predicatur de pluribus speciebꝰ etiã immediate q̃ztũ ad suũ modũ predicandi de ipsis. Quarto sciẽdum q̃ illud dicitur predicari in quale qđ importat formã siue essentiã per modũ qualitatis: sed differentia importat speciei essentiã per modũ qualitatis: q̃r per modum qualificatis ⁊ determinantis genus ad ipsam spẽm: ⁊ ꝓdicat in quale de spẽ. Etiã cõuenienter per differentiã respõdetur ad q̃stionẽ factã per quale de spẽtiõ ꝓdicat de specie in quale nõ accidẽtale sz essentiale. Est.n. triplex quale scz quale generis qđ importat differentiã quod non est quale simpliciter: q̃r differentia nõ aduenit generi post esse suũ cõpletũ sicut accidẽs aduenit subiecto. sz dicit candẽ essentiã cum iporideo dicit quale essentiale. Aliud est quale speciei quod importat per proprium ⁊ est quale simpliciter. Tertiũ est quale indiuiduũ ⁊ est quale pure accidentale quod importatur per accidẽs cõmune qđ est simpliciter quale: quia aduenit rei post esse eius completũ. Sz cõtra predicta ꝓmo arguit. Oẽ ꝓdicabile dicit totũ esse rei de qua predicatur: sz dẽa nõ dicit totũ esse speciei cũ sit ps speciei. ⁊ non dicat totũ esse cõfusum ei⁹ qđ importatur per genus igit ipa nõ predicatur de specie. Secõ sic: differentia solũ predicatur de specie quã cõstituit: sed vna differẽtia vnã solã speciẽ constituit. igitur differẽtia predicatur de vnica specie et nõ de pluribus. Tertio sic. rõnale est differẽtia ⁊ tamen nõ predicat de pluribꝰ speciebꝰ: q̃r cõuertitur cum homine igitur diffinitio differẽtie nõ competit omni contento sub diffinito. Quarto sic: illud quod dicit quiditatẽ rei ꝓdicatur in qđ: sz differentia dicit quiditatẽ speciei quia ponitur in sua diffinitiõe quiditatiua: igitur predicatur in qđ. ⁊ nõ in quale. Quinto sic: accidẽs cõmune ꝓdicat de pluribus speciebꝰ in quale. igitur ista diffinitio cõpetit alijs a diffinito. Ad argumẽta. Ad primũ dicitur q̃ licet differentia non dicat totũ esse speciei ꝑm omnes modos eius: quia non dicit ipsum per modũ confusi: tñ ipsa dicit totum esse eius secundũ vnũ modũ eẽndi. ſ. actuantis ⁊ determinanti ⁊ q̃r solũ dicit illud esse ꝑm vnũ modũ essendi. ideo dicitur pars speciei non q̃ztũ ad esse sz q̃ztũ ad suos modos eẽndi. Ad secundũ dicitur q̃ differentia generica solũ primo constituit vnã speciẽ subalternã tñ ex consequẽti constituit plures species inferiores eius de quibus predicatur in quale.

Ad tertiũ dicitur q̃ rõnale est differentia specifica ⁊ nõ generica de qua solũ datur ista diffinitio. ⁊ tõ non continet sub diffinito huius diffinitionis. ⁊ licet auctor exemplificet de illa in textu hoc tamen est solum ad explicandũ falsam opinionẽ eoꝝ qui posuerunt animal rationale cõmune ad deos ⁊ ad homines ⁊ non ad ostendendũ q̃ animal rõnale sit in pluribus speciebꝰ. Exemploꝝ enim nõ requiritur veritas: sz sufficit ut addiscẽs intelligat. Ad quartũ dicitur q̃ licet differentia dicat quiditatẽ secundũ rem hoc tñ ẽ sub modo qualitatis: ⁊ quia a modo essendi ⁊ non ab essentia secundũ rem sumitur modus predicandi: ideo predicatur in quale. Ad quintũ dicit q̃ licet accidẽs predicetur in quale accidentale non tñ predicatur in quale essentiale. de quo in hac diffinitione solum intelligitur.

¶ Diffinit etiã differentia sic. Differentia est qua abũdat species a genere: ut homo abundat ab animali his differentijs que sunt rationale mortale.

¶ Postq̃z auctor posuit diffinitionẽ differentie sub ratiõe predicabilis ⁊ declarauit ipam. hic cõsequẽter ponit aliam diffinitionẽ que sibi cõuenit inq̃ztũ est constitutiua speciei que talis est. Differentia est qua abundat species a genere: sicut homo abundat ab animali per rationale. ⁊ primo loco huiꝰ diffinitiõis intelligitur genus diffinitu quod est forma vel natura per illud relatiuũ qua: q̃r sensus est differẽtia est qua. i. forma qua spẽs abundat a genere. ⁊ per totũ residuũ differentia distinguitur ab oĩbus alijs predicabilibus quia in nullo alioꝝ spẽs abũdat a genere essentialr. Primo sciendũ q̃ ꝑm q̃nq̃z actus differẽtie dẽa ꝓsideratur q̃n q̃z modis. ⁊ secundũ hoc habet diuersas diffinitiones: ꝓmo modo consideratur ut est vna forma cõmunicabilis multis speciebus ⁊ predicabilis de ipsis ⁊ sic de ipsa datur prima diffinitio eius. Secundo modo ut est constitutiua speciei ⁊ actualiter inducatur in ipsa. ⁊ sic de ipsa datur presens diffinitio. Tertio modo ut facit differre speciem quã constituit ab alijs ⁊ tunc sic diffinitur. Differentia est qua differunt a se singula ideſt singule species alicuiꝰ generis. Quarto modo ut est diuisiua generis ⁊ ex consequenti specierũ q̃ sunt in potestate generis ⁊ tunc diffinitur sic. Differentia ẽ que est apta nata diuidere genus ⁊ ea que sub genere sunt. Quinto modo ut determinat genus ad essentiã speciei. ⁊ hoc modo est pars essentialis speciei ⁊ secundũ hunc actũ sic diffinitur. Differentia est qđ conducit genus ad esse rei ⁊ eius quod est esse rei pars est. ⁊ per hoc patet quomodo secundum diuersos modos essendi differentie sunt eiꝰ plures diffinitiones. Et quomodo hec secunda differentie diffinitio aliter de ipsa datur q̃z prima. Secũdo sciendũ q̃ species actu ⁊ intellectu includit differentiã. Cuius ratio est: q̃r species componitur essentialiter ex genere ⁊ differentia sic ista tua ex ere ⁊ figura. Sed cõpositũ actu includit cõponentia: ergo species actu includit differentiã. ⁊ etiã intellectu: quia impossibile est intelligere speciẽ non intelligendo diffinitionem ⁊ eius essentiã: sed in essentia speciei est differentia: ergo ipsa est de intellectu eius: sed genus non includit suas differentias in actu: quia cum ille differentie sint oppposite: opposita simul ⁊ actualiter essent in eodẽ quod est impossibile: nec etiam includit eas secũdum intellectũ: quia genus secundũ naturã eius precedit suas differentias: modo posterius non est de intellectu prioris: ideo differẽtie nõ sunt de intellectu generis sz genus potest intelligi nõ intelligendo differẽtias eius. Tertio sciendus q̃ illud dicitur abundare respectu alterius quod plus habet alio secundũ actũ. ⁊ dicitur notanter secundũ actũ: quia aliquid non dicitur abundare vltra aliud quod secundũ potẽtiam includit plura alio: sicut homo pauper q̃uis sit in potentia ad habendum plures diuitias q̃s habeat diues non tamẽ dicitur abundare diuite: quia illa potentia non est reducta ad actũ: ⁊ quia spẽs actu includit differẽtiam. genus vero nullam includit actu: ideo species dicitur abundare a genere per differentiã q̃uis tñ genus plures differẽtias includat in sua potestate.

Quarto sciẽdũ q̃ potestas generis est aptitudo essentie generis que habet determinari per diuersas differentias in diuersas species. Essentia enim generis est de se indeterminata ⁊ ẽ de se in potẽtia ut determinetur ad diuersas species: ut natura animalis de se cõmunis ẽ ⁊ indeterminata respectu suarũ specierũ: ⁊ cũ hoc ẽ in potentia ut determinet ad hominẽ vel equũ per differẽtiã eius: ⁊ talis potentia vel aptitudo per quã potest determinari vocat potestas generis ⁊ quandoq̃z vocatur ambitus vel cõmunitas generis: quia ẽ cõmunis respectu essentie generis ad oẽs species. qñ q̃z vero dicitur habitus cõfusus differentiarũ generis: quia in tali aptitudine cõfusiõe ⁊ potẽtia cõtinentur oẽs differẽtie eius q̃ postea distincte accipiuntur per intellectũ abstrahentẽ illas differẽtias ab illo esse confuso. ⁊ nõ differt talis potestas realiter ab essentia generis: sz rõne tantũ: quia talis essentia ẽ ens absolutũ: potestas vero respectiuũ. Et quibus patet intellectus diffinitiõis prius posite. Sz cõtra predicta primo arguitur. hec diffinitio explicat differentiaz ut ẽ constitutiua speciei in quia ẽ ⁊ precedẽs explicat differẽtiã per respectũ ad inferiora speciei cõstitute per differentiã sz differentia prius respicit speciẽ q̃z inferiora eius: ideo ista diffinitio debet precedere primã. Secundo sic: genus includit plures differentias simul: species vero vnã tantũ. igit spẽs non abundat a genere per differentiaz. Tertio sic: differentia nihil addit realiter vltra genus: quia realiter in genere cõtinetur igitur per differentiã spẽs non abundat a genere. antecedens patet: quia si differentia aliquid adderet vltra genus cũ sit in specie essentialr genus non diceret to

ẽ essentiã speciei. Quarto sic: illud qđ est separatũ a genere est separatũ ab ol specie eius: sed differẽtia est separata a genere cũ sit vltra naturã eius ut habetur quarto topicorũ. ideo est sepata a spẽ: ⁊ sic spẽs non abũdat a genere per differẽtiã. Quinto sic: spẽs includit ꝓpriũ sicut homo risibile qđ tñ non includit genus: igit ꝓpriũ est quo spẽs abũdat a genere. igitur diffinitio conuenit aliys a diffinito.

Ad argumẽta. Ad primũ dicit ꝙ licet dĩa prius respiciat speciem quã constituit ꝙ inferiora determinata illi⁹ speciei tñ non prius respicit ipsam speciẽ ꝙ sit forma communicabilis multis: qz ut ipsa precedit naturaliter speciem in illo esse est apta nata esse in multis ⁊ dici de multis. licet non sic respiciat determinata inferiora: ideo prima diffinitio explicãs eam incsse predicabilis cõueniẽter preponitur.

Ad secundũ dicit ꝙ licet genus includat plures differẽtias virtualiter ⁊ ꝑm potestatẽ: non tñ in actu quare nõ dicitur abundare respectu speciei. Ad tertium dicitur ꝙ licet dĩa nihil addat realiter vltra genus scõm essentiã: addit tñ scõm determinationẽ aliquid ⁊ scõm modũ essendi: qz genus dicit essentiã ꝑm esse indeterminatũ. dĩa vero dicit eã per modũ determinãtis ⁊ causat modũ determinati in ipsa. Ad quartũ dicitur ꝙ licet illud qđ separatũ est vniuersaliter ⁊ ꝑm rem a genere sit a specie sepatum: nõ tñ oportet de illo qđ est separatũ a gerere ꝑm rõnem tñ. ⁊ sic dicitur differentiã esse extra genus: quia non includitur in essentia generis sed ipsam consequitur: nec includitur ipsa essentia generis in differentia: eo ꝙ differẽtia de suo forma li solũ dicit vltimũ actũ speciei qui non includit eẽ confusũ generis. Ad quintũ dicitur ꝙ licet species includat ꝓpriũ tanꝯ consequẽs essentiã ⁊ accidentaliter: non tamẽ includit essentialiter sicut includit differentiã. ideo solum abundat essentialiter per differentiam.

¶ Et sciendũ ꝙ eadẽ est differentia diuisiua ⁊ constitutiua. scz diuisiua generis ⁊ cõstitutiua speciei: ut rõnale diuidit aial est differentia sibi opposita. Dicimus enim animaliũ aliud rõnale: aliud irrationale: ⁊ ille differentie constituũt diuersas spẽs sub animali. Dis enĩ differentia aduenies generi constituit speciẽ: ⁊ ideo constitutiua siue specifica differentia nomiatur. Mortale enĩ additũ supra hoc gen⁹ qđ est aial rõnale: cõstituit hominem. Et ob hoc dicit Boetius ꝙ sola species diffinit. Diffinitio enĩ dz eẽ ex genere ⁊ differẽtijs. Sola species habet genus ⁊ differentias. Omne aũt qđ habet genus ⁊ differẽtias diffinit solũ. Quare sola species diffinit.

Postꝯ auctor determinauit de dĩa ponendo duas diffinitiões eius. hic cõsequẽter ponit vnũ notabile ipsius differentie dicens ꝙ eadẽ differentia potest dici diuisiua ⁊ cõstitutiua. Diuisiua generis ⁊ constitutiua speciei. Cui⁹ rõ est: quia ipsius differentie per ordinẽ sunt tres actꝰ. Primꝰ est diuidere genus vnde denoiatur diuisiua. Secũdus est cõstituere speciẽ sub genere qđ diuidit vnde dicitur constitutiua. Tertius est facere differre speciẽ quã constituit ab aliis: ⁊ inde dicitur dĩa. ⁊ qz vnũqđꝯ denomiatur a suo vltimo actu ipa magis denoiatur differẽtia ab hoc vltimo actu ꝙ nominetur a precedẽtibus. Primo sciendũ ꝙ gen⁹ dupliciter consideratur. vno modo ꝯtũ ad essentiã eius q̃ est natura importata per genus. ⁊ quia natura ẽ forma simplex ideo est indiuisibilis ⁊ tota cõtrahitur ad quãlibet speciẽ eius: sicut tota essentia aialis est in homine ⁊ tota in eq̃: variat tñ in diuersis speciebus essentialiter secundũ eẽ formale qđ capit a differentijs que contrahũt genus ad diuersas species. Secundo modo cõsideratur ꝯtũ ad potestatẽ eius que est potentia ipsius essentie qua potest cõtrahi per diuersas differentias in diuersas species: ⁊ quia hec potentia importat plures respectus ⁊ vna differentia aduenies generi solũ contrahit ipsum per vnũ respectum quẽ habet ad vnã speciẽ ⁊ per aliũ contrahitur ab alia differentia: ⁊ genus secundũ suã potestatẽ diuiditur per duas differentias. ideo differentia bene dicitur diuisiua generis. Secundo sciendũ ꝙ illud est constitutiuũ speciei quod contrahit ⁊ determinat genus ad esse determinate speciei. per hoc enĩ ꝙ genus specificatur in esse determinato causatur species: sed differentia contrahit genus ad determinatũ esse ⁊ distinctum speciei: ideo differentia cum genere est cõstitutiua speciei. In tali autẽ constitutione genus se habet per modum materie non tamen est vera materia speciei: sed solũ secundum modum: quia sicut materia est determinabilis per diuersas formas: sic etiã genus dicit potentiã formalẽ determinabilẽ per diuersas differentias. differentia vero per modũ forme vel actus: ⁊ species se habet ut totũ cõpositũ ex genere ⁊ differentia: ideo ut dicit. Porphirius species componitur ex genere ⁊ differentia sicut statua ex ere ⁊ figura quare cõuenienter differentia est constitutiua speciei scz in genere cause formalis ⁊ non in genere cause efficientis. Illud. ñ. quod effectiue causat est extrinsecũ constituto. Ex predictis patet ꝙ tota essentia speciei completur per genus ⁊ differẽtiã: quoꝝ vtrũqz est forma ⁊ non materia. ideo species ꝑm se accepta in sua essentia non includit materiã: sed includit eam in esse phisico ⁊ in suis suppositis. Tertio sciendum ꝙ duplex est compositio: quedã est compositio realis q̃ habet extrema realia realiter distincta ut cõpositio hominis ex corpore et anima: ⁊ ad talẽ compositionẽ duo requiruntꝰ. Primo ꝙ sit entũ realiũ. Secundo ꝙ illa entia sint realiter distincta. Alia est cõpositio rationis que est inter entia rõnis vel alicuius in quo extrema sola ratione distinguntur. Exemplũ primi ut compositio chymere ⁊ alterius imaginabilis. Exemplũ secundi ut compositio prime cause ⁊ voluntatis eius: et quia in compositione speciei extrema non sunt realiter distincta: quia genus ⁊ differentia non sunt realiter distincta sed ratione sc̃lũ ⁊ secundũ modũ essendi. ideo compositio speciei ex genere ⁊ differentia non ẽ compositio realis sed rationis tñ. Quarto sciendũ ꝙ vnũqđꝯ diuidit ꝙ ea ex qb⁹ cõponit qz sic res ꝓponit ex suis ꝓpb⁹ ita in suas partes diuiditur: ⁊ quia species cõponitur ex genere ⁊ differentia: ideo resoluitur per genus ⁊ differẽtiã quod sit in diffinitione quiditatiua speciei: ideo ex predictis patet ꝙ sola species diffinitur diffinitione quiditatiua. Ratio ẽ: quia talis diffinitio continet genus ⁊ differentiã quia debet explicare diffinitũ a prima potentia que est genus vsqz ad vltimũ actum qui est differentia: sed sola species habet genus ⁊ differentiam quia genus generalissimum non habet genus nec etiam differentiã: quia differentia superior non est genus inferiorꝰ. nec etiam individuũ habet genus ⁊ differentiam nisi solum mediante specie: sed sola species habet genus ⁊ differentiam: ideo sola species diffinitur. Sed cõtra predicta primo arguitur. diuidere ⁊ constituere sunt actus diuersi ⁊ oppositi igitur non possunt simul conuenire eidem: igitur eadem differentia non est diuisiua generis et constitutiua speciei. Secundo sic: genus est indiuisibile igitur differentia non est diuisiua generis: nec valet dicere: ꝙ diuisibile secundũ potestatem sit: nam potestas ⁊ essentia generis idem sunt igitur cum essentia generis sit indiuisibilis sic etiã erit sua potestas. Tertio sic: idem non ẽ diuisiuũ ⁊ constitutiuũ respectu eiusdẽ: sed differentia est diuisiua speciei: quia differentia est apta nata diuidere genus et ea que sub eo sunt igitur ipsa non est constitutiua speciei.

Quarto sic: substãtia est genus generalissimũ: ⁊ tamen diffinitur diffinitione quiditatiua: dicendo ꝙ est ens per se: quia ibi explicatur esse substantie per suã essentiã: ergo non sola species diffinitur diffinitione quiditatiua. Quinto sic: differentia dicit totũ esse speciei in actu: igitur

ditione ſpeciei preter differentiã nõ requiritur genus. cum differentia ſufficienter notificet eſſe ſpeciei: igitur nõ omnis diffinitio datur per genus ⁊ differentiã. Ad argumenta. Ad primũ dicitur: q̃ dividere ⁊ conſtituere comparata ad idẽ ⁊ ſecundũ idem ſunt actus oppoſiti: tamen comparata ad diuerſa non opponunt: igit eadẽ differentia poteſt dividere genus ⁊ conſtituere ſpeciẽ. Ad ſcõm dicitur q̃ licet genus ſit indiuiſibile ſecundũ ſuã eſſentiã eſt tamẽ diuiſibile ſecundũ poteſtatẽ eius: ⁊ licet illa poteſtas non differat realiter ab eẽtia. diſtinguitur tamen ſecundũ modũ eſſendi quia eſſentia eſt ens abſolutũ ⁊ poteſtas reſpectiuũ: ideo poteſtas diuidi poteſt eſſentia non diuiſa. Ad tertium dicit q̃ licet differentia ſit diuiſiua vnius ſpeciei ab aliis ſpeciebus per hoc q̃ ſeparat ⁊ facit eã differre ab aliis. tamen non eſt diuiſiua ſpeciei per ſe ſecundũ ſe: ſed conſtitutiua. Ad quartũ dicitur: q̃ illa diffinitio ſubſtantie nõ eſt quiditatiua ſed deſcriptiua tm̃: quia ens quod ibi ponitur non eſt cõius ſecũdum rem q̃ ſubſtantia: ſed ſm̃ vocẽ tm̃ ⁊ per ſe non eſt differentia formalis que contrahit ipm̃ ens. Ad q̃ntũ dicitur: q̃ licet differentia dicat totũ eſſe ſpeciei implicite ⁊ ſecundũ vnũ modũ eſſendi non tm̃ explicite ⁊ ſecundũ oẽs modos eſſendi quod tamen requirit ad diffinitionẽ nam diffinitio explicat eſſe diffiniti ſecundum eẽ potentiale ⁊ actuale ſimul. Ideo in diffinitione non ſufficit differentia tantũ nec genus tm̃: ſed requiritur genus ⁊ differentia ſimul.

¶ Capit. de proprio q̃rto p̃dicabili ⁊c.

PRopriũ quadrupliciter dicitur. Uno enim modo dicitur propriũ quod ineſt alicui ſpeciei ſed nõ omni: ut eſſe medicũ ineſt homini: ſed non omni. vel eſſe geometrẽ. Secundo quod ineſt omni: ſed non ſoli: ut eſſe bipedẽ ineſt homini: ſed nõ ſoli. Tertio q̃ ineſt omni: ⁊ ſoli: ſed non ſemp: quia non niſi in ſenectute ſcilicet caneſcere. Quarto modo dicitur propriũ quod appellat̃ proprie propriũ ⁊ diffinitur ſic. Propriũ eſt quod ineſt omni ⁊ ſoli ⁊ ſemper: ut riſibile ineſt homini omni: et ſoli et ſemper. Non enim dico riſibile actu quod ſemper rideat ſed quia aptus natus eſt ad ridendum. ⁊ hoc quarto modo dicitur propriũ vnum de quinq̃ predicabilibus.

Poſtq̃ auct̃or determinauit de genere: ſpecie et differẽtia que predicant eſſentialiter hic determinat de aliis p̃dicabilibus que predicant accidentaliter. Ratio ordinis eſt: quia illa que predicantur eſſentialit̃ cũ dicãt eſſe eſſentiale rei verioꝛi modo predicantur q̃z illa que predicantur accidentaliter primo determinatur de proprio q̃z de accidente propter duplicẽ rationẽ. Primo quia propriũ fluit a principijs ſpeciei ⁊ conſequit̃ ſpẽm: accidens vero a principijs indiuidui. modo ſpes eſt prioꝛ indiuiduo. Secundo quia propriũ verioꝛi modo predicat̃ q̃z accidens: cum predicetur cõuertibiliter: accidens autẽ non cõuertibil̃r: ideo conueniẽter propriũ precedit accidens. Primo ſciendũ: q̃ proprium ut dicitur in textu accipitur quadrupl̃r. Primo modo proprium ẽ quod ineſt alicui ſoli ſpeciei: ⁊ non omni indiuiduo. Cuius ratio eſt: quia propriũ primo modo conſequit̃ propria p̃ncipia ſpeciei cõtingent̃. ⁊ quia illa principia ſoli ſpẽi cõueniũt cũ ſint propria p̃ncipia: ideo propriũ fluẽs ab ipſis cõuenit ſoli ſpẽi. ſed q̃ fluit ab ipſis contingẽter et nõ neceſſario: ideo non cõuenit omni indiuiduo eius: ſicut eſſe grãmaticũ fluit a proprijs principijs hominis mediante intellectu ⁊ voluntate ſm̃ q̃ intellectus per volũtatẽ ad ſtudium applicatur: ⁊ quia voluntas libere applicat intellectũ ⁊ non de neceſſitate: nec codẽ modo inclinatur in omnib⁹ hominib⁹. ideo eſſe grãmaticũ fluit cõtingenter ab illis p̃cipijs ⁊ non cõuenit omni homini. Et hoc capiendo eẽ grãmaticũ ut dicit actũ ⁊ non aptitudinẽ: quia ſi diceret aptitudinẽ ſic cõueniret omni homini. Secundo ſciendum: q̃ propriũ ſecũdo modo ineſt omni: ſed non ſoli. Cuius ratio eſt: quia tale principiũ cõſequit̃ cõmunia principia ſpeciei de neceſſitate. ⁊ quia illa principia conueniunt omni indiuiduo ſpeciei ⁊ non ſoli ſpẽi cum ſint cõmunia plur̃ibus: ideo propriũ conſequẽs ipſa de neceſſitate conuenit omni indiuiduo ſpẽi ſed non ſoli. ſicut eſſe bipedẽ conſequitur principia cõmunia hominis in quibus conuenit cum auibus in hoc ſcz q̃ in omnibus eſt forma requirens talem diſpoſitionem materie ad debite exercendũ ſuas operationes. ſ. gradiendo cũ duobus pedibus: ideo bipes conuenit omni homini ⁊ non ſoli. Et ſz per accidens q̃nq̃ homo non habeat duos pedes in actu: tm̃ ſecundũ aptitudinẽ ſue ſpẽi q̃libz naſcitur cũ duobus pedib⁹. Tertio ſciendũ: q̃ propriũ tertio modo ineſt omni ⁊ ſoli. Cuius ratio eſt: quia tale propũ conſequitur propria principia ſpeciei de neceſſitate nõ tamen ſub quacũq̃z diſpoſitione ſed ſub vna determinata ipſoꝝ diſpoſitione: et quia conſequitur neceſſario talia principia que conueniunt omni ⁊ ſoli ideo omni et ſoli conuenit: ſed quia ſolũ conſequitur ea ſub vna determinata diſpoſitione que non ſemper conuenit: ideo tale proprium nõ ſemp conuenit: ut caneſcere conſequit̃ principia naturalia hominis neceſſario ut ſtant ſub vna determinata diſpoſitione tẽporis. vnde canicies hominis cauſatur in ſenectute propter debilitatẽ caloris naturalis qui non ſufficit digerere ſuperfluos humoꝛes cerebꝛi vnde cauſatur putredo in cerebꝛo et quo cauſatur albedo ⁊ canicies piloꝝ: ⁊ non conuenit homini niſi in ſenectute niſi per accidens in iuuentute nimis debilitetur caloꝛ naturalis: ⁊ licet in alijs animalibus generentur pili albi: tamen hoc nõ eſt ex putredine cerebꝛi ſed humoꝛũ corporis: ideo non dicuntur caneſcere ſz griſeſcere. Quarto ſciendum q̃ proprium quarto modo ineſt omni et ſoli ⁊ ſemper. Ratio eſt: quia tale propriũ neceſſario conſequitur propria principia ſpeciei intrãſmutabiliter ⁊ ſub quacũq̃z diſpoſitione. ideo ſicut illa propria principia conuenunt ſoli ſpeciei ⁊ omni indiuiduo eiꝰ ⁊ ſemper: ſic ⁊ proprium quarto modo. et iſtoꝝ modoꝝ ſufficientia iſto modo habetur: quia omne proprium fluit a principijs ſpeciei. vel igitur fluit ab ipſis adequate vel nõ adequate. ſi primum eſt dupliciter vel conſequitur tranſmutabiliter ⁊ ſic eſt tertius modus. vel non tranſmutabiliter ⁊ ſic eſt quartus modus. Si non adequate hoc eſt dupliciter: vel principia ſpeciei excedunt proprium ⁊ ſic eſt primus. vel exceduntur ab eo ⁊ ſic eſt ſecundus modus. ⁊ inter iſtos ꝓprium quarto modo eſt verius proprium ⁊ conſequenter alia ſecundum q̃ magis accedunt ad ipſum. ⁊ ſolum proprium quarto modo eſt predicabile ab aliis diſtinctum. Alia vero continentur ſub accidente cõmuni. Sed contra predicta primo arguitur. Philoſophus qui ſufficienter enumerat modos propriꝰ ſolũ ponit tres modos eius ſcilicet ꝓprium quãdo: propriũ ad aliquid: ⁊ proprium ſimpliciter. igitur male dicitur q̃ proprium accipitur quadrupliciter.

Secundo ſic: Species de neceſſitate conuenit omni indiuiduo eius: igitur proprium primo modo omni indiuiduo ſpeciei conuenit. Tertio ſic: eſſe bipedem eſt proprium ſecundo modo ⁊ tamen cõuenit ſoli homini. igitur male dicitur q̃ proprium ſecundo modo ineſt omni et non ſoli. minoꝛ patet: quia bipes eſt vltima differentia diffinitiõis hominis cum dicitur: homo eſt animal greſſibile bipes: ſed vltima differentia ſemper eſt cõuertibilis cum diffinito: igit̃ bipes ſoli homini conuenit. Quarto ſic illud quod ineſt omni conuenit pluribus ⁊ non ſoli: igitur ſi proprium tertio modo conueniat omni nõ poteſt cõuenire ſoli. Qui

to sic:illud quod ineſt omni ē cōmune multis cum multis conueniat.ſed proprīū quarto modo non eſt cōmune:igit non conuenit omni. Ad argumenta. Ad primū dicit ꝙ Ariſtoteles in primo topicoꝝ ſub proprio ad aliquid cō prehēdit duos iſtoꝝ modoꝝ ſcilicet primū et ſecundū: quia vtrūq; dicitur proprīū ſuo ſubiecto ſolū per reſpectū ad aliquid ut eſſe bipedē eſt proprīū homini cōparato ad equū cui non conuenit:ſed quia iſti duo modi diſtinguntur adinuicem ut dictū eſt ideo hic bene ponuntur quatuoꝝ modi.

Ad ſecundū dicitur ꝙ licet illud quod conuenit neceſſario ſpeciei ⁊ eſſentialiter cōueniat oi indiuiduo eius non tamen oportet de illo quod ineſt ſpeciei contingenter ⁊ accidentaliter ſicut proprīū primo modo. Ad tertū dicitur ꝙ licet in diffinitione quiditatiua in qua ponitur proprīa differentia ſub nomine proprio vltima differentia ſit conuertibilis cum diffinito:non eſt tamē ita de illa vbi ponitur proprīa differentia per circūlocutionē tantū ſicut eſt in iſta:homo eſt animal greſſibile bipes.ibi greſſibile bipes circūloquitur rationale:⁊ tamen nullū illoꝝ eſt conuertibile cū homine. Ad quartū dicitur ꝙ licet illud quod ineſt omni inſit pluribus indiuiduis tamē non ineſt pluribꝰ ſpecibus ſed poteſt ineſſe ſoli ſpeciei: ibi enī omni refertur ad indiuidua: ⁊ ſoli ad ſpeciem. Ad quintum dicitur ꝙ licet proprīū comparatū ad ſpeciē non ſit cōmune ſed proprīū tamen reſpectu indiuiduoꝝ ſpeciei dicitur ꝯmune et vniuerſale ideo poteſt conuenire omni.

¶ Diffinitur autē ſic ab ariſtotele. ℘roprīū eſt quod ſoli ineſt ⁊ conuerſim predicatur de re ⁊ nō indicat quid eſt eſſe rei ut riſibile ineſt homini ⁊ non indicat eſſe eiꝰ. hoc mēbrū non indicat quid eſt eſſe ponitur in deſcriptiōe proprij ad differentiam diffinitiōis. Diffinitio enim cōuerſim predicatur de re ⁊ indicat quid eſt eſſe rei: ut ſubſtātia aiata ſenſibilis: cōuertitur cum aiali ⁊ indicat eius eſſe qꝛ oīs diffinitio fit per ſubſtantialia. Omne enī ſuperius eſt de eſſentia ſui inferioris. Diffinitur etiam ſic ab Ariſtotele. Diffinitio eſt oratio q̄d eſt eſſe rei ſignificans. ℘roprium autem non ſignificat quid eſt eſſe.

℘oſtq; auctor diuiſit proprīū in quatuoꝝ modos ut eliceret membrū de quo erat ſibi propoſitū ſcilicet proprium quarto modo quod eſt vnū predicabile diſtinctū ab aliis. hic conſequenter ponit diffinitionē proprij quarto modo dicens proprium eſt quod conuerſim predicatur de re: et non indicat quid eſt eſſe rei.hic autē ponitur quod predicatur loco generis ſcz predicabilis. Deinde ponitur cōnūſim ideſt conuertibiliter ad differentiā aliorū quatuoꝝ predicabiliū quorū nullū de ſuis ſubiectis conuertibiliter predicatur.⁊ ponitur ⁊ non indicat quid eſt eſſe rei ad differētiā predicati diffinitionis:quod predicatur eſſentialiter⁊ cōuertibiliter. hec enī diffinitio proprij data eſt in primo topicoꝝ vbi proprīū diffinitur ut vnū de quatuoꝝ predicatis que ſunt genus diffinitio proprīū ⁊ accidens.ratione cuius ponitur illa particula per quā differt a diffinitione. ℘rimo ſciendū ꝙ ſpecies dupliciter cōſideratur. vno modo in cōmuni ⁊ ſecundū ſe: ⁊ ſic conſideratur per modū vnius et non multoꝝ.⁊ ſub tali ratione cauſa non conſequitur ꝓprium. Alio modo conſideratur per inclinationem eius ad materiā ⁊ ad ſua indiuidua.⁊ iſto modo proprīū conſequitur ſpeciē ⁊ de ipſa predicatur: ⁊ quia ſpecies multiplicata per ſua indiuidua nō habet rationē vnius ſed multoꝝ ⁊ ꝓprīū de ipſa hoc modo predicatur:ideo proprīū immediate predicatur de multis ⁊ ſic eſt vnū predicabile: ⁊ etiā habet propria ſubiicibilia formaliter diſtincta a ſubiicibilibus aliorū predicabiliū vnde inferiora ſpeciei conſiderata reſpectu accidentiū que conſequuntur ſpeciem ſunt ſubiicibilia proprij:⁊ ſi conſiderentur q̄ſtū ad eſſe eſſentiale quod habent a ſua ſpecie ſunt ſubiicibilia ſpeciei: ut ſortes ⁊ plato ſūt ſubiicibilia hominis ⁊ etiam riſibilis ſecundum diuerſa eſſe.

Secundo ſciendū ꝙ proprīū fluit ⁊ cauſatur a propriis principiis ſpeciei ſicut riſibile a propriis principiis hominis: per hoc enī ꝙ homo eſt rationalis ⁊ intellectiuus ex cognitis conſurgit in admiratiōnē ⁊ ex admiratione fit inquiſitiuus veritatis.⁊ per inquiſitionē inuentiuus.⁊ per inuentionē apprehenſiuus delectabilis.vnde cauſat in eo riſibilitas vel etiā triſtabilis vnde ſibi prouenit flebilitas:quia propria principia ſpeciei cōueniunt huic proprio ꝓpertibiliter: ideo proprīū conſequēs ipſam conuerſim predicatur de re ſcz de ſpecie.⁊ iſte eſt proprius modus predicādi eius ſcz predicari cōuertibiliter ⁊ accidentaliter. non eſt tamē intelligēdū ꝙ proprīū formaliter fluat a propriis principiis ſpeciei:ſed fluit effectiue ab ipſis ⁊ in genere cauſe formalis fluit a principiis ſui generis:ut riſibile qō eſt de ſecunda ſpecie qualitatis habet principia in tali genere ut ſunt cognoſcibilitas ⁊ admiratio. Tertio ſciendū ꝙ principia a quibus proprius fluit dupliciter conſiderantur. vno modo ſecūdū ꝙ habēt habitudinē potentie ⁊ actus ⁊ ſub tali rōne ſolū ſunt principia eſſentialia ſpeciei. Alio modo conſiderantē ſub habitudine totius compoſiti ad operationē ſuā: ⁊ ſic ſunt principia effectiua proprij:ideo ſecundū diuerſas rationes ſunt principia formalia ſpeciei ⁊ principia effectiua proprij. vnde patet ꝙ proprīū nō eſt de eſſentia ſpeciei ſed accidēs eiꝰ: quia conſequitur eſſe conſtitutū ſpeciei:q̄q; tamen dicit ineſſe ſpeciei eſſentialiter eo ꝙ imediate conſequitur eſſentiā ſpeciei:ſed non eſſentialiter tanq̄ exiſtēs de eſſentia ſpeciei. Quarto ſciendū ꝙ illud dicitur indicare quid eſt eſſe rei:quod explicat principia eſſentialia ipſius rei:quia eſſe eſſentiale rei cognoſcatur per illa principia a quibus intrinſece cauſatur:ſed proprīū non explicat nec formaliter oſtendit principia eſſentialia:nec eſt de eſſentia ſpeciei ut dictū ē: ideo non indicat quid eſt eſſe rei: ⁊ per hoc differt a diffinitione que explicat quiditatem ⁊ eſſentiam ſpeciei.per hoc ſcilicet ꝙ importat genus ⁊ differentiā ex quibus tota eſſentia ⁊ eſſe eēntiale ſpeciei conſtituitur: ⁊ inde dicitur diffinitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei:per hoc ſatis poteſt intelligi aperte quis ſit intellectus diffinitiōis ꝓprij. Sz contra predicta primo arguitur. Omne predicabile dicit totum eſſe ſui ſubiicibilis: proprīū non dicit totū eſſe ſpeciei nec indiuiduoꝝ eius cum ſit accidens conſequens eſſe ipſoꝝ:igitur proprium non eſt predicabile. Secundo ſicomne predicabile debet imediate predicari de multis. proprīū autē imediate non predicatur de multis ſed de vna ſola ſpecie ⁊ mediante ipſa de ſuis indiuiduis:igitur non eſt predicabile. Tertio ſic dicendo ſortes eſt riſibilis.riſibile predicatur de ſorte ut proprīū:⁊ tamen non predicatur conuertibiliter de ſorte:igitur proprīū non predicatur conuerſim.

Quarto ſic:accidentia magnā partē conferunt ad cognoſcendū quod quid eſt.⁊ ſpecialiter accidentia ꝓpria: igitur proprīū facit cognoſcere quod quid eſt ſpeciei.igitur male dicitur ꝙ proprīū non indicat quid ē eſſe rei. Quinto ſic:nullū accidens extrinſecū indicat quid eſt eſſe rei: ſed diffinitio eſt accidens extrinſecū diffinito:cum ſit oratio imperfecta ergo ipſa non indicat eſſe rei. Ad argumenta. Ad primū dicitur ꝙ ꝓprium non dicit totū eſſe eſſentiale rei ut ſpeciei et indiuiduoꝝ eius:tamen dicit totū eſſe accidentale quod datur a forma importata per ipſum proprium ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ predicetur de ſpecie ⁊ indiuiduis eius.predicabile enim dicere debet totū eſſe rei ſecundum vnū modū:non tamen ſm omnes. Ad ſecundū dicitur ꝙ licet proprīū imediate predicetur de ſpecie:tamen predicatur de ipſa accepta per modū multoꝝ ut eſt diuiſibilis vel diuiſa per ſua indiuidua ⁊ non ſolū predicatur de ipſa accepta per modū vnius ⁊ ſecundū ſe.ideo imediate ⁊ ſm aptitudinē predicatur de multis. Ad tertiū dicitur ꝙ in hac

propositione sortes ē risibilis. risibile ē ppriū respectu hoīs inclusi in sorte. non tamen respectu sortis. vnde risibile sub ratione predicabilis predicatur de sorte ⁊ platone et de aliis hoibus. sed sub rōne ppriī p̄dicatur de homine in cōmuni. Ad quartū dicitur q̄ licet propriū faciat a posteriori ⁊ quo ad nos ad cognoscendū quod quid est. non tamen a priori tanq̄ dicens principia eētialia rei: ideo nō indicat esse rei. Ad quintū dicitur q̄ si diffinitio consideretur ex parte vocis tm̄ sic est accidēs extrinsecū diffinito. Sed si consideretur ex parte vocis ⁊ significati simul sic nō est accidens eius: qr significata diffinitionis sunt principia essentialia intrinseca diffiniti scz genus ⁊ differentia. vnde illa principia simul sumpta dicunt qō q̄d est vel quiditatē speciei ⁊ diffinitio est signū explicās illā quiditatē: ideo diffinitio ⁊ quiditas differunt sicut signum ⁊ signatum.

¶ Capitulum de accidente.

Accidens est quod adest et abest preter subiecti corruptionē: ut albū ⁊ nigrum: sedere. Hec enim possunt inesse homini ⁊ abesse preter eius corruptionem.

Postq̄ auctor supius determinauit de quarto p̄dicabili scilicet de ppio. hic cōsequenter determinat de vltimo. s. de accidente. Accidēs enim inter cetera predicabilia est imperfectiꝰ: qr solū dicit totū ēe accidētale rei nō cōuertibiliter: ideo habet imperfectiorē modū predicandi aliis omnibus: ideo conuenienter ordinat in vltimo locō: ⁊ sic diffinitur. Accidens est qō adest vl abest preter subiecti corruptionē. vnde per quod intelligitur vle siue predicabile quod se hēt ut genus diffiniti: ⁊ residuū ponit ad differentiā aliorꝰ predicabiliū: quia omnia alia sunt de eētia rei ut sunt genus: spēs: ⁊ differentia. vel necessario sequunt eētiā sicut propriū: ideo nullū aliorꝰ potest adeē vel abesse preter subiecti corruptionē. Primo sciendū q̄ accidens dupliciter capitur. vno modo cōiter pro omni illo qō aduenit rei post esse eius cōpletū. ⁊ sic diuidit contra substantiā: ⁊ dicitur de oi illo qō non ē substantia: ⁊ hoc modo accidēs sub se continet ppriū ⁊ accidens cōmune ⁊ illo modo non diffinitur hic. Alio modo capit specialiter pro oi illo qō aduenit rei post esse eiꝰ completū: ⁊ fluit a propriis principiis indiuidui ⁊ sic est p̄dicabile distinctū a ppriō et omnibꝰ aliis: et hoc modo hic diffinit: ⁊ tale accidēs q̄nq̄ vocatur accidens cōmune quandoq̄ infinitū ⁊ quandoq̄ accidentis peraccidens. Dicit cōmune secundū causalitatē eius: quia a pluribꝰ causis indifferenter pōt in suo subiecto causari. ⁊ dicitur infinitū qr infinitis modis variari pōt secūdū variationē principiorū indiuidui: ⁊ dicit per accidens: qr nō causatur in subiecto per causam eētialē: scz per causam accidentalē. Secundo sciendū q̄ accidens cōmune qō hic diffinitur potest dupliciter cōsiderari: vno modo sm̄ ēe particulare eius qō habet accidentaliter in suo subiecto: ⁊ illo modo corrūpit ⁊ variatur in infinitū: nec isto modo est ens necessariū: ideo sub tali esse non diffinitur. omne enim quod diffinitur debet habere ēe necessariū qō explicetur per diffinitionē eius. Alio modo consideratur secundū ēē vniuersale sub quo attribuitur sibi intentio accidentis: ⁊ sic capitur ut ens necessariū: ⁊ hoc modo multa sibi de necessitate conueniunt: ut qō sit accidens ⁊ qō sit variabile in aptitudine. vnde ēē variabile sibi cōuenit inuariabiliter: ⁊ isto modo in vniuersali hic diffinitur. Tertio sciendū q̄ illud pōt adeē ⁊ abeē suo subiecto qō hēt esse variabile ⁊ causatur contingēter in ipo: sed accidens hēt ēē variabile ⁊ causatur contingenē in ipo subiecto per causam contingentē: eo q̄ consequit principia indiuidui: que sunt variabilia ⁊ transmutabilia: sicut rubedo causata in homine propter verecundiaz: qr causatur in eo per causam contingentē potest faciliter adesse et abesse: igitur accidens cōmune pōt adesse ⁊ abeē subiecto eius: et per hoc datur intelligi modus predicandi accidentis scilicet q̄ predicatur accidentaliter ⁊ non cōuertibiliter. per hoc enim q̄ habet causam cōtingentē predicatur accidentaliter: et quia quandoq̄ abest predicatur non conuertibiliter.

Quarto sciendū q̄ illud qō aduenit rei post esse cōpletū ⁊ contingenter potest adesse et abeē preter subiecti talis corruptionē eo q̄ ante aduentū eius res est completa: ideo non est de compositione vel constitutione rei: ideo per aduentū eius non constituit subiectū nec per remotionē eius causat illius corruptionē: sed accidēs cōmune aduenit rei post esse eius completū ⁊ per causam contingentē: ergo potest adesse ⁊ abesse sine corruptione sui subiecti. Item ad corruptionē posterioris non sequitur corruptio prioris: quia esse prioris a posteriore non dependet: sed accidens cōmune est posterius subiecto: ideo ad eius corruptionē non sequit corruptio subiecti: quare potest adeē ⁊ abeē preter subiecti corruptionem: ⁊ per hoc potest intelligi premissa diffinitio.

Sed contra predicta arguitur. omne diffinibile habet esse necessariū ⁊ finitū: quia contingens et infinitum nō sunt diffinibilia: scz accidens non habet esse necessarium ⁊ finitū sed contingens ⁊ infinitum. igitur non est diffinibile. Secundo sic: in nulla diffinitione debent poni opposita simul sed adest ⁊ abest sunt opposita: igitur diffinitio accidentis non est bona. Tertio sic: mors ⁊ combustio sunt accidētia ⁊ tamen non possunt adesse preter subiecti corruptionē: igit cōtra diffinitionē. Quarto sic: viuere est accidēs cū nō sit de eētia viuentis ⁊ tm̄ non pōt abesse preter subiecti corruptionē igit. Quinto sic accidens corrumpitur per sui subiecti corruptionē: igitur nō pōt abesse preter subiecti corruptionē. Ad argumenta. Ad primū dicit q̄ licet accidens sm̄ esse particulare qō habet accidentaliter in subiecto nō sit necessariū ⁊ finitū: tm̄ sm̄ eē vle eius bene accipitur ut finitū ⁊ necessariū: ⁊ isto mō pōt diffiniri Ad secūdū dicatur q̄ adesse ⁊ abesse ut dicūt actū cōtradictorie opponuntur ⁊ non possunt inesse eidē: sed ut dicūt aptitudinē non opponunt: ⁊ pñt inesse eidē simul: ⁊ sic sumuntur i ista diffinitione. vnde sensus est q̄ accidēs in vli adest ⁊ abest secundū aptitudinē in ꝑticulari adest ⁊ abest actu scz hoc sibi ꝓuenit successiue. Ad tertiū dicit q̄ mors capit dupliciter. vno mō materialiter ut dicit alterationē q̄ precedit corruptionē viuētis ⁊ sic ē accidēs ⁊ pōt adesse et abesse preter subiecti corruptionē. Alio modo capitur formaliter pro corruptione viuentis scz pro subita mutatiōe qua mutatur ō esse ad non esse. ⁊ hoc mō nō est accidens: sed mutatio substantialis q̄ reductiue ē de genere substantie sicut motus est reductiue in genere sui termini ad quē: ⁊ similiter dicendū est de combustione. Ad quartū dicitur q̄ si capiatur viuere pro eē substantiali viuentis sm̄ q̄ viuere viuentibus ē esse hoc modo vita vel viuere non est accidens: sed esse substantie. Sed si capiatur pro operationibꝰ viuentis ut sunt videre ⁊ audire sic est accidens ⁊ potest abesse subiecto preter subiecti corruptionē. Ad quintū dicitur q̄ licet accidēs cōmune corrumpatur per corruptionē subiecti non tm̄ hoc mō solū corrumpit sed tribus aliis modis. vno modo per accidens sibi cōtrariū ut frigus per calorē. Alio mō per remotionē cause per quā est in subiecto ut lumen corrūpitur in aere per remotionē solis. Tertio mō per remotionē termini accidētis respectiui ut pater per corruptionē filij: ideo non oportet q̄ ꝓpter corruptionē accidētis fiat corruptio subiecti. scz pōt corrumpi preter subiecti corruptionē.

¶ Diffinitur etiam sic. Accidēs ē quod nec est genus nec est differentia nec propꝝ num nec spēs ineſt aūt rei. Vel sic. Accidēs est quod contingit eidē ineſſe ⁊ non ineſſe ut album: ſedere hoī: ⁊ de his duobus vltimis dicit Aristoteles. Est autem diffinitio accidentis secūda melior: quia ad intelligendam primam neceſſe eſt prescire qō

ſit genus ⁊ quid ſit propriū et ſic de aliis. ſecūda aūt per ſe finita eſt ad cognoſcendum quid eſt quod dicitur per ipſum.

Poſtq̄ auctor poſuit diffinitionē accidentis. Hic conſequenter notificat ipſum ponendo duas alias diffinitiones quarū prima eſt. Accidens eſt quod neq; eſt genꝰ neq; ſpecies neq; differentia neq; propriū ineſt aūt rei. In prima p te huius diffinitiōis per hoc relatiuū qō intelligit genꝰ diffiniti ſcilicet predicabile. ⁊ reſiduū ponitur ad differentiam aliorū predicabiliū. per abnegationez enī alioꝝ oſtenditur accidens habere vnū aliū modū predicandi ab ipſis. Dein de ponitur ineſt autē rei ad explicādū eſſe eius in ſubiecto.

Primo ſciendum q̄ accidens tripliciter conſideratur. vno modo per reſpectū ad ſubiectū in quo eſt reſpectu cuiꝰ dicitur accidens quaſi ad aliud cadens: ⁊ hoc modo datur de ipſo prima diffinitio. Illa enim explicat ipſum per reſpectū ad ſuum ſubiectum. Secundo modo conſideratur per reſpectū ad alia predicabilia ⁊ ad predicabile in cōmuni: ⁊ hoc modo diffinitur per hāc diffinitionē que datur per abnegationē aliorū predicabiliū ⁊ explicat ipſum in eſſe predicabilis. Tertio modo conſideratur per reſpectū ad cauſam propter quā ineſt ſubiecto ⁊ ſic cōſideratur in tertia diffinitione: ⁊ per hoc patet quomodo iſte diffinitiones diuſimode explicant eſſe accidentis. Secundo ſciendū q̄ oīs priuatio habet eſſe ⁊ cognoſcī per ſuū habitū: ſz diffinitio explicat eſſe rei ideo omnis priuatio habet diffiniri per reſpectū ad ſuū habitū: ⁊ quia accidens ſe habet ut priuatio reſpectu alioꝝ predicabiliū: quia habet imperfectionē modum predicandi omnibus aliis: ideo hic conuenienter diffinitur per abnegationē alioꝝ ſicut priuatio per abnegationem ſui habitus: non tamē diffinitio eſt proprie negatiua. quia prima pars qua intelligitur vniuerſale eſt affirmatiua ⁊ etiam vltima ſcilicet ineſt autē rei: ⁊ ita negatio aliorū predicabilium explicat aliquid affirmatū ſcilicet ſpecialē modū predicandi accidentis: inde eſt q̄ predicatur accidentaliter ⁊ nō eſſentialiter ut tria predicabilia prima. ⁊ predicatur nō cōuertibiliter. ⁊ per hoc non eſt propriū. Tertio ſciendum q̄ alia eſt diffinitio accidentis. Accidens eſt quod contingit eidē ineſſe ⁊ non ineſſe. Ratio eſt: quia illud quod eſt in ſubiecto per cauſam contingentē cōtingit eidē ineſſe ⁊ non ineſſe ſed accidens eſt huiuſmodi ut prius patuit: ⁊ in hac diffinitione explicatur cauſa per quā accidens eſt in ſuo ſubiecto per hoc q̄ dicit cōtigit ideſt cōtingenter aduenit ſcilicet per cauſam contingentē. ⁊ li ineſſe ⁊ non ineſſe poſſunt ſumi octo modis ſecundū octo modos eſſendi in: tamen hic accipitur ineſſe pro illo modo quo forma accidentalis ineſt ſuo ſubiecto: ⁊ ſimiliter non ineſſe: ⁊ hic modus continetur ſub quinto modo eſſendi in: ⁊ per hoc ſatis patet intellectꝰ huius diffinitionis. Quarto ſciendū eſt q̄ inter has tres diffinitiones accidentis tertia eſt melior q̄z ſecunda propter duas rationes. Prima eſt: quia ſecunda explicat eſſe accidentis per reſpectū ad alia predicabilia: ⁊ per negationē aliorū. Tertia vero explicat ipm per reſpectū ad ſuā cauſam ⁊ ad ſuū ſubiectū: ⁊ quia accidens habet ſuū eſſe reſpectu cauſe ⁊ ſubiecti: ⁊ diffinitio debet explicare eſſe rei: ideo tertia ē perfectior ſecunda: quia perfectius explicat eſſe accidentis. Secunda cauſa eſt quia illa diffinitio eſt melior que facilioꝰ explicat diffinitū: ſed tertia facit facilius cognoſcere accidēs q̄z ſecunda: quia ad cognoſcendū ſecundam oportet cognoſcere alia predicabilia non aūt ad intelligendū tertiā: ideo tertia eſt melior ſecunda. Sed contra predicta primo arguitur. nulla bona diffinitio debet dari per negationē: quia negatio non explicat eſſe rei. ſed iſta diffinitio accidentis in qua dicitur accidens non eſt genus ⁊c. datur per negationē igitur. Secundo ſic: color eſt accidens: et tamen eſt genꝰ albedinis ⁊ ſpecies qualitatis: igitur male dicitur in ſecūda diffinitione q̄ accidens non eſt genus neq; ſpecies. Tertio ſic: anima ſortis non eſt genus neq; ſpecies neq; differētia neq; propriū et ineſt rei ſcz corpori: igitur iſta diffinitio alibi competit: ⁊ tamē non eſt accidēs: igitur diffinitio mala

Quarto ſic: illud quod eſt ſemper in ſubiecto ſubſiſtēs non poteſt ineſſe ⁊ non ineſſe in ſubiecto: ſed accidens ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens ut dicit Porphirius igitur non cōtingit eidē ineſſe et non ineſſe. Quinto ſic: pes ſortis cōtingit eidem ineſſe ⁊ non ineſſe ⁊ tamē non eſt accidēs: igitur.

Ad argumenta. Ad primū dicitur q̄ ſi negatio conſideretur formaliter in q̄ztū dicit non ens ⁊ eſt negatio pura ſic nulla diffinitio debet dari per negationē: ſed ſi conſideretur materialiter in q̄ztū ex cōſequenti pōt explicare aliquā affirmationē ⁊ dare intelligere eſſe diffiniti ſic diffinitio pōt dari per negationē oppoſitorꝝ eiꝰ cuiuſmodi eſt in pdicta diffinitione. Ad ſecundū dicit q̄ licet color reſpectu ſuorum inferiorꝝ ſit genus ⁊ reſpectu ſuperiorꝝ ſit ſpecies: tū non eſt genus vel ſpēs reſpectu ſui ſubiecti: ſed ē accidēs: tō ſub illo reſpectu quo eſt accidens nunq̄ poteſt eſſe genus vel ſpēs: licet tamē materialiter poſſit dici genus ſpēs et accidens reſpectu diuerſorꝝ. Ad tertiū dicitur q̄ prima pars huius diffinitionis non conuenit anime ſortis ſcz predicabile nec etiā vltima: qz licet inſit ei tanq̄ forma ſubſtantialis materie non tū ut forma accidentalis ſubiecto: et iſto modo hic capitur ineſſe. Ad quartū dicitur q̄ cum dicitur accidēs ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens ſi ſemper dicat diſtributionem pro omnibꝰ partibꝰ tēporis generaliter illa propoſitio eſt falſa nec iſto modo intelligitur a Porphi. ſed ſi dicat diſtributionē pro partibus tēporis durationis accidentis ita q̄ ſit ſenſus. ſemp eſt in ſubiecto ſubſiſtens q̄diu durat in eſſe ſic propoſitio eſt vera ⁊ accidens poteſt eidē ineſſe ⁊ nō ineſſe. Ad quintū dicitur q̄ pes ſortis poteſt eidē ineſſe ⁊ nō ineſſe ſicut ps integralis ſuo totiⁿ nō tū ſicut forma accidentalis ſuo ſubiecto de quo mō eēndi in hic intelligitur.

¶ Accidentiū aliud ſeparabile ut albū ſedere homini. Aliud inſeparabile ut nigrum coruo ⁊ ethiopi ⁊ albū cigno. ⁊ licet nigrū accidat inſeparabiliter coruo ⁊ ethiopi: ⁊ albū cigno. Non tamen eſt contra diffinitionē in qua dicitur poteſt adeſſe vel abeſſe preter ſubiecti corruptionem: quia ut vult Porphirius corvus poteſt intelligi albus ⁊ ethiops nitens cādore preter ſubiecti corruptionē. Item accidētis aliud cōmune ut albū ſedere ⁊ ſimū eſſe. Aliud p̄priū ut albedo ſortis ⁊ ſimitas platonis.

Poſtq̄ auctor notificauit accidēs per diffinitionem ponendo tres diffinitiones. hic conſequenter ipſum notificat per diuiſionē ponendo duas diuiſiones eius quarū prima eſt. Accidentiū aliud ſepabile aliud inſeparabile. Cuius diuiſiōis rō eſt: qz oē accidēs eſt in ſubiecto. vl ergo habet cauſam firmā ⁊ pmanentē in ſubiecto ⁊ ſic eſt inſeparabile. vel habet cauſam variabilē ⁊ non ſtantē: ⁊ ſic ē ſeparabile. vl ſeparabile ⁊ inſeparabile ſunt quidā modi accidentales cōuenientes accidenti per reſpectū ad ſubiecta in quibus eſt: ideo hec diuiſio pōt dici ſubiecti in accidētia. Primo ſciendū q̄ ſepabile dicitur qō eſt aptū natū ſepari ab alio faciliter. ſz dupliciter cōtingit aliq̄d ſeparari ab alio. vno modo per realē ſepationē ſic q̄ ambo extrema remaneant facta ſepatione: ⁊ iſto mō nullū accidēs pōt ſepari naturaliē a ſubiecto licet q̄nq; ſupnaturaliter accidēs ſeparet a ſubiecto ut in ſacramēto altaris vbi remanēt accidētia ſeparata ſine ſubiecto. Alio modo poteſt vnum ab alio ſepari per corruptionē eius ⁊ ſic accīs ē ſepabile a ſubiecto: qz pōt abeo faciliter ſepari per eiꝰ corruptionē eo q̄ non hēt cauſam ſtantē ⁊ fortiter radicatā in ſubiecto. Secundo ſciendū q̄ accidens inſepabile eſt qō non poteſt faciliter ſeparari a ſubiecto eo q̄ hēt cauſam fortiter radicatā in tali ſubiecto ut nigredo corui que radicatur in propria complexione coꝝ

ti que non pōt faciliter ab eo separi. Aliqd tñ dicit dupliciter inseparabile. vno mō negatiue sic q̄ nullo mō pōt separari ꝑut illa negatio in addita sepabili negat actū ⁊ potentiā simul ⁊ sic proprium est inseparabile realiter a specie ⁊ etiā differentia. Alio modo dicit inseparabile priuatiue quod nō separatur actu: vel non faciliter separatur ut illa negatio in negat actū vel facultatē actus ⁊ relinquit potentiam ⁊ hoc modo accidens cōmune qō non faciliter sepatur dicitur inseparabile ⁊ non negatiue sic qō nullo modo possit separari sicut nigredo corui trāsmutata complexione corui posset ab eo separari non tamen hoc fieri pōt faciliter. Tertio sciendū q̄ accidens secūdo modo diuidit per cōmune ⁊ ꝓprium: ratio est quia omne accidēs vel potest conuenire pluribus indiuiduis vel indifferenter pluribus partibus sui subiecti ⁊ sic est accidens cōmune ut albū vel nigrū. vel est appropriatū alicui parti sui subiecti vel alicui indiuiduo ⁊ sic est accidens proprium ut albedo sorti vel simitas naso. Ex q̄ patet q̄ ista diuisio sicut precedens est diuisio subiecti in accidentia: quia cōmune et proprium accidunt ipsi accidenti: et licet accidens nunq̄ sit principale subiectū alterius accidētis tamen potest esse subiectū proximū et minus principale ut superficies est proximū subiectum albedinis. Quarto sciendū q̄ accidens sumitur dupliciter. vno modo quantū ad causalitatē eius: eo q̄ indifferenter causatur a pluribus causis: ⁊ hoc modo accidens quod hic diuiditur dicitur accidens cōmune. Alio modo dicitur cōmune per predicationem vel inherentiā: eo q̄ cōuenit pluribus indiuiduis aut speciebus ⁊ etiam pluribus partibus corporis indifferēter: ⁊ hoc modo accidens cōmune est vnū membrū huius diuisionis. tale enim dicitur cōmune per causalitatē ⁊ predicationē. Sed accidens proprium licet sit cōmune per causalitatē: ut albedo sortis non tamē per predicationē. ideo dicitur proprium quia est appropriatū vni indiuiduo vel determinate parti subiecti sui. Et per hoc patent due diuisiones accidētis. Sed contra predicta primo arguitur. Sicut non esse in subiecto est proprium substantie: sic esse in subiecto est proprium accidenti: igitur accidēs semper habet esse in subiecto ⁊ non est separabile. Secundo sic: omne accidens adest ⁊ abest subiecto preter eius corruptionē: ergo nullū accidens est inseparabile. patet antecedens per diffinitionē eius que debet competere omni contento sub diffinito. Tertio sic idem accidens specie est separabile ⁊ inseparabile sicut albū in cigno est inseparabile ⁊ in ligno separabile: ergo mēbra huius diuisionis coincidunt. Quarto sic: accidens commune diuiditur in secunda diuisione: sed illud non dicitur de accidente proprio. et etiā conuertitur cum vno membro illius diuisionis: igitur illa diuisio est mala. Quinto sic: accidens proprium est vnum predicabile distinctū ab accidēte ⁊ non continetur sub ipso: igitur male ponitur membrū diuisionis accidentis in secunda diuisione. Ad argumēta. Ad primū dicitur q̄ licet esse in subiecto in aptitudine semper conueniat accidenti tamen esse in subiecto in actu non semper sibi conuenit simpliciter sed solum quandiu durat: ideo potest a subiecto separari per corruptionē. Ad secundū dicitur q̄ licet omne accidens possit aliquo modo separari a subiecto ⁊ abesse: non tamen quodlibet potest separari faciliter: ideo non omne accidens dicitur separabile. nullū enim accidēs dicitur inseparabile negatiue sic q̄ nullo modo separetur a subiecto: sed bene dicitur inseparabile priuatiue q̄ non faciliter separatur. Ad tertiū dicitur q̄ idē accidens in specie dicitur sepabile ⁊ inseparabile respectu diuersoꝝ subiectorū non tamen respectu eiusdē subiecti: ideo ista mēbra nō coincidūt in eodē accidēte in numero.

Ad q̄rtū dicitur q̄ licet accīs diuisum in scōa diuisione dicatur cōmune per causalitatē non tamen per predicationē: ideo verificatur de accidente proprio: quia illud ē cōmune per causalitatē: nec etiam conuertitur cum accidēte cōmuni quod est membrū huius diuisionis: quia illud dicitur cōmune per predicationē. Ad quintū dicitur q̄ licet proprium speciei sit proprium predicabile distinctū ab accidente: non tamen proprium indiuidui de quo est hic ad propositū: sed tale bene continetur sub predicabili accidentis.

De cōitate ⁊ dīa ānqz ꝑdicabiliū.

Commune ē omnib⁹ ānqz ꝑdicabilib⁹ de plurib⁹ ꝑdicari. differūt aūt quoniā gen⁹ ō plurib⁹ ꝑdicat q̄z alia ⁊ p hoc differt ab aliis. Differt vero differētia a genere eo q̄ ponit in quale: gen⁹ aūt in q̄d. Itē differt differētia a specie ⁊ a ꝓprio quoniā differētia ꝑdicat de plurib⁹ speciebus alia vero non. Differt etiā ab accidēte q⁹ accidētia suscipiūt intēsionē ⁊ remissionē: ista vero nō suscipit magis nec min⁹. Differt aūt species a genere q⁹ gen⁹ cōtinet omnes species ⁊ nō cōtinet ab eis. Itē species differt a differētia: q⁹ ex plurib⁹ differentijs pōt vnū fieri. vnde ille due differētie ratiōale ⁊ mortale cōiungūtur ad cōstitutionē huius speciei homo. Species vero nō cōiungit speciei vt generet aliquā aliā speciem Quedā enī particularis eq̄ cuidā ꝑticulari asino ꝑmisceī ad muli generationem: ⁊ nō eq̄ ⁊ asin⁹ in cōi. Itē spēs differt a ꝓprio: q⁹ species natura ꝓr ē ꝓprio. ꝓprium aūt posteri⁹ spē. Preterea quorū termini id ē diffinitiōes sunt differētes ⁊ ipa sūt differētia sz diffinitiōes ꝓprij et spēi sunt differētes: ergo ⁊ ipsa erūt differētia. Item species differt ab accidēte: q⁹ species predicat in q̄d: accīs aūt in quale: vel quō se hēt ⁊ species natura prior est accidēte: omne aūt accidēs natura posterius ē suo subiecto. Proprium aūt differt ab accidēte: qm̄ proprium de vna sola specie predicatur cui⁹ est proprium. Accidēs vero ō pluribus speciebus ⁊ accidēs primo ineſt indiuiduis ⁊ per posterius generib⁹ ⁊ spēbus: nō. n. hō vel aial est nisi q⁹ sortes vel plato. Proprium aūt primo ineſt speciei: ⁊ per speciē indiuiduis. Itē gen⁹ differētia species ꝓprium eqliter participant ab oibus de q̄bus ꝑdicant. Accidēs vero nō sed suscipit intēsionē vel remissionē. Itē genus dīa spēs proprium vniuoce predicantur. Accidēs vero nō predicat vniuoce sz denoiatiue. Predicari aūt vniuoce est scōm nomē vnū: ⁊ scōm rōnem vnā sumptā se-

cundū illud nomen predicari: ut hō scōm vnū nomen solū ꝑdicatur de sorte ⁊ platone ut sortes ē hō plato ē hō: ⁊ rō ei⁹ ꝑm illud nomen est vna ut rōnale mortale secū dū quod predicatur de suis inferioribus: ut sortes ē animal rationale mortale ⁊ sic de alijs. Et ob hoc ens non potest esse genus: quia licet vnū nomen predicet de oībus: tamen non predicatur secundū rationē vnam. ¶Ratio enim entis secundū q̄ dicitur de substantia est ens per se: scōm autē q̄ dicitur de alijs nouem predicamētis est ens in alio: ⁊ ita predicatur secundum diuersas rationes: ⁊ ideo non predicatur vniuoce sed potius equiuoce aut multipliciter. ¶Predicari autē equiuoce est predicari nomine vno ⁊ ratiōibus diuersis sumptis secundū illud nomē: ut canis predicatur nomine vno de latrabili aiali marino pisce ⁊ celesti syderе: ratio aūt secundū illud nomen nō est eadē dicta de oībus sed alia ⁊ alia. Denominatiua dicuntur que cunq; ab aliquo solo differentia casu secundū illud nomē habent appellationem ut a grāmatica grāmaticus: a fortitudine fortis: albus albedine: ut grāmaticus albus ⁊ consimilia predicant denoiatiue: et iō accūs dī denoiatiue predicari.

¶Postq; auctor determinauit de vnoq; q̄nq; predicabiliū. hic cōsequēter determinat de ipis ꝓparatiue. ſ. cōparando ipsa ꝑm cōuenientiā ⁊ differentiā eor. ¶Prius enī vnūquodq; hz secundū se cognosca q; per respectū ad aliud: ⁊ q; cōueniētia est ut habit⁹: ⁊ differentia se habet per modū priuationis ideo anteq; ipsa cōparet ꝑm differētiā ostēdit cōuenientiā ipsor dicēs. Cōmune est oībus quinq; predicabilibus de pluribus predicari. Cuius ratio est: q; hoc est de ratione predicabilis in cōmuni: scilicet ꝑdicari de pluribus: ideo in hoc omnia predicabilia habent cōuenientiā.

Sed ad videndū de suis differentijs. ¶Primo sciendū q; genus differt ab omnibus alijs predicabilibus in generali: per hoc q; predicatur de pluribus q; quodcūq; aliorū. ⁊ etiam quia genus est principiū alioz predicabiliū. Est enī ꝑncipiū differentiarū que inchoātur in potestate generis ⁊ etiam specierū que sunt sub ipso. ⁊ quia proprīū causat a specie accidens vero ab individuis quor genus est principiū: ideo genus est principiū proprij ⁊ accidentis: ⁊ sic est principium ⁊ causa omnū alioz quod nulli alteri conuenit. Sed in speciali primo differt a differētia: quia se habet ut determinabile: differentia vero ut determinans. Secūdo differt a specie: quia genus predicatur de pluribus speciebus: species vero de multis individuis. Tertio differt a proprio: q; genus predicatur non conuertibiliter. proprium vero sic. Quarto differt ab accidente: quia genus predicatur eēntialiter: accidēs vero accidētaliter tantū. Secundo sciendū q; differentia in generali differt ab oībus predicabilib⁹ alijs per hoc q; est formaliter diuisiua generis: ⁊ facit differre essentialiter quod nulli alteri cōuenit. Sed in speciali primo differt a genere per hoc q; ipsa predicat in quale: q; dicit essentiā rei per modum qualitatis: genus vero predicatur in quid: quia dicit essentiā rei per modū substātie. per hoc etiam differentia differt a specie. Secundo differt a specie et proprio: quia predicatur de multis speciebus. species vero ⁊ proprium solū predicant de individuis vnius speciei. ⁊ hoc intelligēdo de differentia generica ⁊ non specifica. Tertio differt ab accidente: quia accidēs suscipit magis ⁊ minus: differentia vero nō: q; eē ipsius cōsistit in indiuisibili: cū sit vltimus actus speciei qui semp ē in aliquo determinato gradu entis. Tertio sciendū q; species in generali differt ab alijs per hoc q; ipsa subijcitur respectu omniū alioz predicabiliū: scilicet generi ⁊ differētie secundū predicationē essentialē. proprio vero ⁊ accidēti scōm predicationē accidentalē: et hoc nulli alioz cōuenit. Sed in speciali primo differt a genere quia genus cōtinet sub se species: et est totū vniuersale respectu suarū specierum: sed species non continet genus quia pars non continet suū totum. Secundo differt a differentia: quia ex pluribus differentijs bene fit vna species sed ex pluribus speciebus nō fit vna species tertia: quia ex duobus entibus completis existentibus in actu non potest fieri vnum tertium. due aūt species sunt entia completa in actu. Tertio species differt a differentia: quia species est ens completum in actu ex duobus scilicet genere ⁊ differentia sed sic nō est differentia. Quarto differt a proprio: q; species ē causa proprij: quare naturaliter ipm precedit: et etiā quia diffinitio spēi ⁊ proprij differūt ut patuit prius. ⁊ spēs differt ab accidente: q; predicat in q̄d: accūs vero in q̄le. Quarto sciendū q; proprium differt ab oībus alijs in generali: quia predicat conuertibiliter q̄d nulli alioz cōuenit. Sed in speciali primo differt a genere specie ⁊ differentia per differentias prius positas: assignādo differētias alioz predicabiliū a proprio. Secundo differt ab accidente: quia proprium de vna sola specie predicat: eo q; consequitur ꝓpria principia speciei: accidens vero de pluribus. ¶Itē proprīū primo inest spēi ⁊ per spēm individuis. accidēs vero econtra eo q; fluit a principijs individui. Ex quo satis patet qualiter accidēs in speciali differt a ceteris predicabilib⁹: quoniā posite sunt differentie oīm alioz predicabiliū ab ipso: tū in generali dupliciter differt a ceteris. ¶Primo q; accidēs suscipit maius ⁊ minus: alia quattuor equaliter participantur a suis inferioribus. Secūdo quia cetera predicantur vniuoce: accidens vero denominatiue: ⁊ ad declarationē huius hic diffinitur vniuoce predicari equiuoce ⁊ denominatiue. vnde ꝑdicari vniuoce est ꝑdicari vno nomie ⁊ vna rōne de multis: ut hō ꝑdicatur de sorte ⁊ platone. ¶Predicari equiuoce est predicari vno noie ⁊ diuersis rōnibus de multis: ut homo de homine viuo ⁊ depicto. Sed predicari denoiatiue est ꝑdicari vno noie tantū ⁊ non rōne: ut album de sorte nomie ⁊ ratione.

Sed cōtra predicta primo arguit: genus non differt ab alijs predicabilibus per hoc in quo cōuenit cū ipsis: sed cōuenit cū alijs in hoc q̄d est de pluribus predicari: igitur nō differt ab alijs per hoc q̄d predicatur de pluribus. Secūdo sic: omne superius actu ⁊ intellectu cōtinet in suo inferiori: igit species continet suū genus. ⁊ male dicitur q; genus cōtinet species ⁊ non cōtinetur ab eis. Tertio sic: ex duobus existentib⁹ in actu nō fit vnū tertiū: sed due differentie sunt entia in actu vel duo actus: igit ex duabus differentijs non potest fieri vna species. Quarto sic: nō esse in subiecto est proprīū substantie: ⁊ tm predicatur de multis speciebus. ſ. de omnibus speciebus substātie: ergo proprīū nō predicatur de vna sola specie. Quinto sic: oē vle debet predicari vniuoce de multis: accidens est vle: igitur. Ad argumenta. Ad primū dicit q; de pluribus capitur dupliciter. Uno mō absolute ut tātū valet sicut de multis. ⁊ hoc mō genus cōuenit cum alijs per hoc q̄d de multis predicatur. Alio mō comparatiue: ⁊ per hoc genus differt ab alijs quia predicatur de pluribus q; alia: ideo non est idem in q̄ genus cōuenit: et in quo differt ab alijs. Ad secundum dicitur q; licet species contineat genus sicut totum eēntiale vel inferius suum superius. ſ. quo ad partē ptātis eius: non tamen sicut totum vniuersale suas partes sic q; contineat

genus secūdū totā potestatē ⁊ cōmunitatē ei⁹. Ad tertium dō ꝙ ex duobus existētibus in actu ut sic nō fit vnū. sed tñ inquantū vnū est in potentia ad alterū bene fit tertiū. modo duarū differentiarū vna potest se habere in potētia respectu alterius per hoc ꝙ differēta superior cōstituit totū genus quod est distinguibile ⁊ determinabile per differentiam inferiorem. nō est tamen intelligendū ꝙ differentia inquātū differentia est: ⁊ est vltimus actus speciei sit in potentia ad aliā differentiā. Sed inquātū se habet ut actus cōfusus speciei inferioris: ⁊ est cōstitutiua generis illius speciei.

Ad quartū dicitur ꝙ si proprīū capitur cōmuniter pro omni proprio generis vel speciei: sic bene predicatur de pluribus specieb⁹: quia proprīū generis predicatur de vno genere ut ē in multis speciebus: sed quia tale est cōmune multis speciebus: ideo nō habet simpliciter modum proprij sed accidentis cōmunis. Sed si capiatur specialiter solū pro ꝓprio speciei specialissime ut hic capitur sic de vna sola specie predicatur. Ad quintum dicitur ꝙ si capiatur predicari vniuoce generaliter pro omni illo quod secundū significatū predicatur de multis: sic omne vniuersale debz predicari de multis vniuoce. et illo modo accidens vniuoce predicatur. Sed si capiatur vniuoce predicari specialiter ut est predicari nomine ⁊ ratione essentiali de subiecto: sic nō predicatur vniuoce: ⁊ hec de predicabilibus dicta sufficiunt.

¶ Incipit tertius tractatus de predicamentis.

a

Ad cognitionem predicamētorum quedam necessaria non ꝑtermittētes sine quorū cognitōe nequaq̄ hr̄i potest cognitio ꝑdicamētorum. Primo distinguimus cum Aristotele triplicē modum predicandi. Eorum enim que predicantur: quedaz sunt equiuoca: quedā vniuoca: alia vero denominatiua.

Iste est tertius tractatus de ꝑdicamētis: in quo posteaq̄ Petrus hispanus in ꝑcedenti tractatu determinauit de dicibili incōplexo sub rōe ꝑdicabilis ⁊ vīs. hic ꝑinter determinat de dicibili incōplexo sub ratione ordinabilis in genere secundū sub ⁊ supra. Cuius ordinis ratio est: quia ordinatio secundū sub ⁊ supra est ordinatio in linea predicamētali in qua genus ordinatur supra speciem: ⁊ species sub genere ⁊ individua sub speciebus ⁊ sic de alijs. ⁊ qz talis ordinatio fit secundū rationes predicabilium: ideo oportebat determinare primo de dicibili incomplexo quantum ad rationē vniuersalis q̄z secundū rationem ordinabilis in genere secundū sub ⁊ supra quod fit in hoc tractatu de predicamētis. Et intitulatur hic tractatus de predicamentis: quia inter dicibilia incomplexa predicamenta sunt principaliora. Et principalioꝛi autem parte subiecti sepe fit denominatio scientie. Primo sciendū ꝙ predicamenta que sunt genera generalissima dupliciter cōsiderātur. Uno modo inquātū sunt prima principia diuersitatis rerum formalia ⁊ hoc modo non potest de ipsis aliquid demonstrari: nec de ipsis sub tali ratione habetur scientia. Alio modo considerant̄ per reductionē ad aliq̄d cōmune in quo conueniunt: ⁊ hoc dupliciter. vel inquātū reducuntur ad ens ⁊ sunt partes entis: ⁊ hoc modo considerantur in methaphisica: que considerat de ente inquantū ens. Alio modo inquantū reducūtur ad dicibile incomplexum: ⁊ sub tali ratione in logica cōsiderantur. Logicus enim nō cōsiderat res absolute sed inquātū referuntur ad rationem dicibilis ⁊ predicabilis: vel ut in ipsis fundātur alique secūde intentiones. Secūdo sciendū ꝙ subiectū huius tractat⁹ est dicibile incomplexū ordinabile in genere ſm sub ⁊ supra. Dicitur dicibile: eo ꝙ hic cōsiderantur res ut referūtur ad dici. Et dicitur incomplexū: ad differentiā subiecti primi tractatus qđ est dicibile complexū. ſ. enūciatio. Dicitur ordinabile in genere ad differentiā subiecti libri predicabiliū quod est dicibile incōplexū sub ratione vniuersalis ⁊ nō sub ratione ordinabilis in genere ⁊ nō est predicamentū subiectū huius tractatus q̄z uis sit principalioꝛ pars eius: quia nō omnia hic cōsiderata principaliter considerātur sub ratione predicamēti sed sub ratiōe dicibilis incōplexi ordinabilis in genere. ⁊ per hoc patet q̄ sit causa materialis h⁹ tractat⁹: per qđ habet̄ q̄ sit causa finalis eius. vnde finis intrinsecus est ꝑfecta cognitio subiecti sicut in alijs sciētijs speculatiuis: et finis extrinsecus est cognitio enūciatōis q̄ fit ex dicibilib⁹ incōplexis ⁊ etiā argumētationis: ⁊ generaliter acquisitio omniū aliarū sciētiarū Et eius causa formalis est modus ꝓducēdi qui est diffinitiuus diuisiuus ꝓbatiuus ⁊ exēploꝝ positiuus. Et forma tractatus est ei⁹ diuisio per capitula: ⁊ capitulorū ꝑtes. vnde tres sunt partes principales. In prima tradūtur antepredicamēta. In secunda ꝑdicamēta. In tertia postꝑdicamenta. Tertio sciendū ꝙ aīpredicamētū est documētū ꝑcedēs determinationē ꝑdicamētorū immediate ordinatū ad cognitionē eorū habēdā. Et dicitur immediate ordinatū. nē. q̄ licet diffinitiones ꝑdicabiliū ad cognitionē ꝑdicamentorū valeant: nō tñ immediate ordinātur ad cognoscēda ꝑdicamēta: sed ad cognoscēdum ipsa vīa. Et sunt tria aīpredicamēta in generali. ſ. diffinitio diuisio ⁊ regula. Et septē in speciali. ſ. tres diffinitiones: duę diuisiones: ⁊ due regule. Quorū sic habetur sufficiētia: qz aīpredicamētū ordinat ad cognitionē ꝑdicamētorū: vel ergo valet ad cognoscēdū conuenientiā vel differentiā vel ordinē. Si primū hoc est tripliciter vel valet ad cognoscendū cōuenientiā ꝑdicamētorū in vnū cōmune equiuocū qđ est ens: et sic est diffinitio equiuocorū vel ad cognoscendū cōuenientiā dicibiliū vnius ordinis: et sic est diffinitio vniuocorū vel ad cognoscendū conuenientiam omniū predicamentorum accidentiū in vnum cōmune subiectū. scilicet in substantiā de qua dicūtur denominatiue: ⁊ sic est diffinitio denominatiuorum. Si ad cognoscendū differentiā hoc est dupliciter. vel docet differentiam eorum que ponuntur in genere ab his que non ponuntur in genere: ⁊ sic est prima diuisio. vel eorū q̄ ponūtur in diuersis generibus inter se: ⁊ sic est secūda diuisio. Si ad cognoscendū ordinē in linea ꝑdicamētali: hoc est dupliciter: vel respectu vnius coordinatōis. vel diuersarū. Si primū sic ē prima regula. Si secundū sic est secūda. Et ista aīpredicamēta sunt illa q̄ premittēda sunt ante predicamēta sine quorū cognitiōe nō pōt haberi facilē cognitō ꝑdicamētoꝝ. Quarto sciendū ꝙ ad cognoscēdū tria ꝓma aīpredicamēta: auctor ponit vnā diuisionē modorū ꝑdicādi siue eorū q̄ ꝑdicātur dicēs ꝙ eoꝝ q̄ ꝑdicātur: alia sūt vniuoca: alia equoca: ⁊ alia denominatiua. Cui⁹ rō est: qz oē qđ ꝑdicat̄ vl ꝑdicat̄ tanq̄z multa: ⁊ sic sunt equoca. Vel tanq̄z vnū: ⁊ hoc dupliciter vel ꝑdicant̄ noīe tm: ⁊ sic est denominatiuū. Vel noīe ⁊ ratione: ⁊ sic est vniuocū: ⁊ de his tribus postea in speciali videbitur. Cōtra ꝑdicta arguit̄ ꝓmo sic: oē illud de quo ē sciētia habet principia ꝑ q̄ de illo ꝓbantur passiones ⁊ cognoscuntur. Sed ꝑdicamēta cū sint prima principia nō habēt ꝑncipia: ergo de ipsis non est sciētia. Secūdo sic: logicus nō habet considerare res cū logica sit sciētia rationalis ⁊ non realis: ergo cum predicamenta sint res naturales hic male determinatur de predicamentis. Tertio sic: prima

ꝓncipia ſunt de ſe nota ſimplr 7 q̄ ad nos: ergo ꝓdicamēta erūt q̄ ſe nota: 7 ad cognoſcēdū ipſa aliqua nō ſunt ꝓmittēda. Quarto ſic: in libro ꝓdicabiliū determinatū ē de modis ꝓdicandi: ergo de ipſis non dz hic determinari ſed tm̄ de dicibilibus incompletis ordinabilibus in genere. 7 ſic male diſtinguitur triplex modꝰ ꝓdicandi. Quinto ſic: mēbra huius diuiſionis coincidunt: ergo rē. añs patet: quia homo vniuoce predicatur de ſorte 7 platone: 7 equiuoce de homine viuo 7 homine picto: ergo iſta diuiſio ē mala. Ad primū dicitur q̄ licet predicamēta non habeant principia formalia 7 vniuoca: habent tm̄ effectiua 7 formalia equiuoca: ideo de ipſis ut reducuntur in vnū cōe poteſt eſſe ſcientia q̄ talia principia. Ad ſecundū dicitur q̄ logicus nō cōſiderat principaliter de rebus ſm̄ ſe acceptis: ſed tm̄ ut ſubſtāt intentionibus primis 7 ſecūdis ex quibus fiūt argumētationes. 7 ob hoc dicit Auicēna q̄ logica eſt de ſecūdis intētionibus adiunctis primis. Ad tertiū dicitur q̄ licet prima principia ꝓpleta ſint per ſe nota 7 ſimpliciter 7 quo ad nos ut iſtud omne totū eſt maius ſua parte: nō tamen ꝓma ꝓncipia incōpleta ſed nobis ſunt difficillima ad cognoſcendū. ꝓdicamēta autē ſunt principia incōpleta 7 non completa.

Ad quartū dicitur q̄ licet in hoc libro nō debeat determinari de aliquibus modis predicandi quinq; vniuerſaliū in ſpeciali: pōt tm̄ determinari in generali de aliquibus modis ad oſtendēdū q̄o genus predicat de ſuis inferioribus: 7 accidēs de prima ſubſtantia. Ad quintū dicitur q̄ licz homo ut accipitur pro omnibus ſignificatis eius predicet equiuoce: 7 q̄n accipit pro vno tm̄ predicetur vniuoce non tm̄ eſt equiuocū 7 vniuocū ſm̄ eandē acceptionē eius ſz ſolū ſm̄ diuerſas: ideo iſta mēbra diuiſionis non coincidunt.

¶ Equiuoca dicuntur quorū nomen ſolū ē commune et ſecundū illud nomen ratio ſubſtantie eſt diuerſa: ut cum animal ſignificet animal viuū vl verum: 7 animal pictum nomen cōmune eſt eis: 7 ſecunduz id nomē ratio ſubſtantie erit diuerſa. Dicimus enim de leone picto in pariete: ecce terribile animal: et de animali viuo quod eſt leo dicimꝰ idem: equiuocando animal ad vtrumq; 7 de ſtatuis regum dicimus iſti ſunt tales reges: 7 de his qui adhuc regnant: ſimile dicimꝰ: iſti ſunt reges ſumēdo equiuoce hoc nomen reges.

Poſtq̄z auctor ꝓmiſit diuiſionē dicibilium per vniuoca equiuoca 7 denominativa. hic cōſequenter ponit diffinitiones horū membrorū: 7 primo ponit diffinitionē equiuocorū. Cuius rō eſt: q̄ illa valet ad cognoſcendū reductionē ꝓdicamentorū ad vnū cōmune quod eſt ens q̄ dicitur equiuoce de ipſis. 7 diffinitio vniuocorū valet ad cognoſcendus reductionē omniū dicibiliū eiuſdē generis ad ipſum genꝰ generaliſſimū: 7 diffinitio denominativorū valet ad reducendū omnia predicamēta accidētiū ad ſubſtantiā de qua predicantur denominative: 7 quia reductio predicamentorum ad ens eſt prior aliis. ideo diffinitio equiuocorū cōueniēter precedit alias: 7 quia etiam reductio dicibiliū ad ſuū genus precedit reductionē accidentiū ad ſubſtātiā: ideo diffinitio vniuocorū precedit diffinitionē denominativorum: ſic ergo ponitur diffinitio equiuocorū. Equiuoca dicuntur quorus ſolū nomen eſt cōmune 7 ratio ſubſtantie ſecūdū illud nomen eſt diuerſa. In qua diffinitione ponitur dicūtur. ideſt ſunt dicibilia ad explicandū genꝰ diffiniti quod eſt dicibile. 7 non ponitur ſunt: quia hic non cōſiderantur inq̄ntū ſunt entia ſed inq̄ntū ſūt dicibilia. 7 totū reſiduū ponitur ad differentiā vniuocorū 7 denominativorum: quia vniuoca nō habēt ſolū nomē cōe ſed cū hoc habēt rationē: 7 denominativa nō predicantur ſm̄ diuerſas rōnes. Primo ſciendus q̄ duplicia ſunt equiuoca. ſ. equiuoca equiuocātia: 7 equiuocata equiuocata. Equiuocū equiuocans eſt nomē cōe diuerſis rōnibus plura ſignificans: ſicut hoc nomē animal diuerſis rōnibus ſignificat animal viuū 7 animal pictū. Sed equiuoca equiuocata dicuntur res diuerſe diuerſis rōnibus per vnū nomē ſignificate: ſicut animal viuū 7 animal pictū ſūt diuerſe res diuerſis rōnibus ſignificate per hoc nomen animal. Hec aūt diffinitio ſolū datur de equocis equiuocatis 7 non equiuocantibus: quia equiuoca equiuocata ſolū habent nomen cōmune: tamen per hanc diffinitionē pōt haberi diffinitio equiuoci equiuocantis: quia ſicut equiuoca equiuocata habent vnū nomē cōmune 7 diuerſas rationes ita equiuocū equiuocans eſt nomē cōmune diuerſis rationibus plura ſignificans: 7 quia equiuoca equiuocata ſemp ſunt plures res ſignificate per vnū nomen cōmune: ō ad deſignandā iſtā pluralitatē: hic diffiniuntur equiuoca in plurali numero. Secūdo ſciendū q̄ adhuc duplex eſt equocū equiuocans 7 ſimiliter equiuocū equiuocatuz. ſ. equiuocū a caſu 7 a cōſilio quod dicitur analogū. vnde equiuocuz a caſu eſt quod eque primo plura ſignificat. Et dicitur a caſu: quia imponēs ipſum ad ſignificandū in ſcōa impoſitiōe eius non habet reſpectū ad ſuam primā ſignificationē: ſed a caſu accidit q̄ tale nomen prius habuit aliud ſignificatuz: ſicut equus ſi dicatur idem ē quod equalis vel idē eſt q̄ animal: 7 imponens ipſum ad vnū ſignificatū nō habuit reſpectū ad aliud: et per hoc poſſunt diffiniri equiuoca equiuocata a caſu. Sed equiuocū a cōſilio eſt vnū nomen per priꝰ et poſterius plura ſignificans. Et dicūtur a cōſilio: quia ſicut in conſilio vnus imitatur iudicū alterius: ſic etiam tali nomini attribuitur vna ſignificatio per reſpectū ad aliā ſicut animal ſignificat animal viuū: 7 ex cōſequenti per ſimilitudinē ſignificat animal pictū. vnde equoca equiuocata a cōſilio ſunt res diuerſe ſecundū prius 7 poſterius ſignificate q̄ vnum nomē: 7 de vtriſq; ſ. a caſu 7 a conſilio datur hec diffinitio equiuocorū. Tertio ſciendū q̄ nomen dicitur cōmune dupliciter. Vno modo ſecundū vocē q̄ cōmunis eſt ad multa ſignificata: ſicut ſortes dicitur nomē cōmune ad iſtū ſortē et ad illum. Alio modo dicitur cōmune ſm̄ ſignificatū eius quod eſt cōmune ad plura ſuppoſita ſicut ſignificatū hoīs. ſ. humanitas q̄ eſt cōis ad omnia indiuidua ciꝰ. hic aūt ſumitur nomē cōmune primo modo pro illo qō eſt commune ſecundum vocem per reſpectum ad plura ſignificata 7 non ſcōo modo: qz ſi ſic acciperetur: tunc nullus terminus ſingularis diceretur equiuoce de multis: cū nō ſit nomen cōe cōitate ſui ſignificati. vnde equiuoca equocata ex quo ſunt diuerſe res diuerſa ſunt ſignificata eiuſdē vocis: iō habēt nomen cōe primo mō. Quarto ſciendū q̄ rō ſubſtantie dupliciter accipit. Vno mō ſpecialiter p diffinitiōe q̄dditatiua vere ſubſtantie q̄ eſt per ſe: 7 iſto mō nō accipitur hic: quia ſic in accidētibus non eſſent aliqua equiuoca: cū non habeant hoc mō rōnem ſubſtantie. Alio modo capitur generaliter p quacūq; diffinitiōe quidditatiua ſubſtātiali 7 accidētali q̄ aliquo mō explicat eſſentiam rei capiēdo ſubſtātiā pro eſſentia: 7 hoc mō equiuocorū rō ſubſtātie eſt diuerſa. Cuius rō eſt: qz quecūq; habēt diuerſas formas q̄bus ſignificantur p vnū nomē 7 etiam ſub diuerſis cōceptiḃ habent diuerſas diffinitiones ſecundū tale nomē. Sed equiuoca eq̄uocata ſunt diuerſe res 7 ſecundū diuerſas formas et diuerſos cōceptus quibus ſignificantur per vnū nomē commune 7 nō ſignificātur p vnū cōceptū cōmunē: 7 ideo ſecūdū nomē ipſoꝝ rō ſubſtātie generaliter ſumpta eſt diuerſa. Et p hoc patet intellectus diffinitiōis equiuocorū. Circa predicta arguitur primo: canis eſt quoddam equiuocuz ad canem latrabilē: piſcem marinū: ſidus celeſte: 7 tamē nō habet vnū cōmune nomen cū ipſuz ſit vnū nomē: ergo male dicitur q̄ equiuoca habent vnū nomen cōmune. Secūdo ſic: in verbis reperiuntur equiuoca: 7 tamē ibi nō ē nomen cōmune: igitur rē. Tertio ſic: equiuoca a cōſilio habent vnā rationē cōmunē vnitate proportiōis et analogie 7 tm̄ ſunt equiuoca: ergo male dicitur q̄ equiuoca habēt ſolum nomen commune: conſequentia tenet: quia iſtis equi-

uocis vltra nomen cõmune est ratio cõmunis. Quarto sic: canis latrabilis marinus pisces sunt equoca equiuocata ⁊ tamen non habent solum nomen cõmune sed cõueniunt in ratione substãtiali corporis animati ⁊ habent vnã rationẽ cõmunem: ergo male dicitur q̃ equiuoca habẽt solum nomen commune ⁊ rationem substantie diuersam.

Quinto sic: vnius rei est tantũ vna forma: sed significatio est forma nominis: ⁊ sic vnius nominis est tantũ vna significatio: ergo ⁊ vnum significatum: ⁊ per conseq̃ns si equoca habeant vnum nomen cõmune habent vnam rationem que significatur per tale nomen. Ad primũ dicitur q̃ licet hoc nomen canis sit equiuocum equiuocans: nõ tamẽ est equocatũ: ⁊ de equiuocis equocatis datur tñ ꝓsens diffinitio. Ad secundum dicitur q̃ si nomen capiat̃ specialiter pro voce que significat per modum permanentis siue habitus ⁊ quietis: ⁊ ut est pars orationis distincta a verbum: sic in verbis non reperitur nomen. Sed si capiat̃ generaliter prout est nota mentis, idest signum illius quod in mente concipitur: sic verbum bene dicatur nomen: ⁊ hoc modo capitur in diffinitione. Ad tertium dicitur q̃ licꝫ equiuoca a consilio habeant rationem cõmunem secundũ modũ non tamen secundum rem: quia vnitas analogie nõ est vnitas secundũ rem sed tantũ secundũ modũ: ⁊ ad cõitatem requiritur vnitas rei. vnde illa que habẽt talem vnitatem proportionis sunt secundũ rem diuersa: licet habeãt quendam modũ vnitatis. Ad quartũ dicitur q̃ licet canis latrabilis ⁊ canis marinus habeant vnam cõmunẽ rationem ut conueniunt in corpore animato: non tamen ut conueniũt in nomine canis: ideo rationes eorũ sumpte secũdũ illud nomen sunt diuerse. Ad quintũ dicitur q̃ licet significatio sit forma accidẽtalis nominis: nõ est tamen forma eẽntialis: ideo vnius nominis possunt esse plures significationes sicut eiusdẽ rei plures forme accidentales: sed sua forma essentialis est dearticulatio siue modus proferendi: ⁊ ipsa vox est materia eius.

¶ Uniuoca dicuntur quorum nomen est cõmune: et ꝑm illud nomen ratio substãtie est eadem ut hoc nomen animal est cõmune homini ⁊ boui ⁊ similiter ratio eius secundum illud nomen ẽ eadem. Dicim⁹ enim homo est animal: bos est animal et homo est substantia animata sensibilis: ⁊ bos est substantia animata sensibilis: et sic nomen est cõmune eis ⁊ ratio eorum secundum illud nomen eadem. Nihil enim est homo ꝑm q̃ est animal nisi substantia animata sensibilis: similiter ⁊ bos.

Postq̃s auctor posuit diffinitiõem equiuocorũ. hic consequenter ponit diffinitionẽ vniuocorũ dicens. Uniuoca dicuntur quoꝝ nomẽ cõe est ⁊ ꝑm illud nomẽ ratio substãtie est eadẽ. In hac diffinitione dicitur. i. sunt dicibilia ponitur loco generis diffinti quod est dicibile: ⁊ non ponitur sunt: quia hic non considerantur vniuoca sub ratione entis: sed in q̃tum referuntur ad dici. Illud quod sequitur ponitur ad differentiam aliorũ ut statim declarabitur. ⁊ accipitur hic nomen cõmune pro voce significatiua que ẽ nota mentis: ⁊ non specialiter ut est pars oratiõis distincta a verbo: quia in verbis reperiũtur vniuoca sicut ⁊ in noib⁹.

Primo sciendũ q̃ duplicia sunt vniuoca. ſ. vniuoca vniuocantia: et vniuoca vniuocata. Unde vniuocũ vniuocãs est nomen secundũ vnam rationem pluribus attributum: ut hoc nomen animal secundũ vnam rationem cõmunem attribuitur hõmi ⁊ asino. Et vniuoca vniuocata sũt res diuerse scõm vnã rationem cõmunem per idez nomen importate ut homo et asinus scõm vnam rationẽ cõmunem reperta in hoc nomine animal. hic autẽ diffiniũtur vniuoca vniuocata ⁊ nõ vniuocũ vniuocans sicut prius dictũ est de equiuocis. ⁊ quia vniuoca vniuocata sũt res plures ⁊ diuerse contente sub eodẽ nomine: ideo ad notandum illam pluralitatẽ hic vniuoca in plurali diffiniuntur. Secũdo sciendũ q̃ vniuoca differũt a multiuocis ⁊ diuersiuocis: q̃ multiuoca sũt diuerse voces vni rei attribute que aliter vocantur sinonima: ⁊ diuersiuoca sunt diuerse voces diuersis reb⁹ attribute: ⁊ de istis hic nõ determinatur sicut de equiuocis ⁊ vniuocis: quia nõ valent ad cognoscendũ reductionẽ predicamentorũ in aliquod vnũ: nec necessario requiruntur ad cognitionẽ eorũ: ⁊ in istis non reperitur vnũ nomen cõmune sed sunt plura nomina. vniuoca vero habẽt vnuꝫ nomen cõmune significans vnũ cõceptũ cõem in quo cõueniunt: ideo in diffinitione vniuocorũ cõueniẽter ponit̃ quorũ nomen est cõmune ad differentiã multiuocorũ ⁊ diuersiuocorũ. Tertio sciẽdũ q̃ vniuoca differũt ab equiuocis: q̃ equiuocũ habet plura significata formalia: ideo dicit eq̃uocũ quasi equaliter plura vocans: ⁊ licꝫ equiuocũ a ꝓsilio ex parte rõnis nois nõ eq̃liter vocet oia significata eius sed ꝑm prius ⁊ posterius: tamẽ ex parte vocis: ⁊ secluſa rõne se habet equaliter. Sed vniuocũ habet tantũ vnũ significatũ formale ⁊ immediatũ: ideo dicitur vniuocũ quasi vnũ vocans sicut animal immediate significat animalitatẽ: ⁊ quia vniuoca vniuocata cõueniunt in significato formali qõ est forma cõmunis significata q̃ nomen vniuocũ: ⁊ illa forma cõmunis habet vnã rationẽ essentialẽ: ideo vniuoca habẽt eandẽ rationẽ substantie sumptã secundũ nomen cõmune eorũ. ideo hec particula ratio substantie est eadem ponitur cõuenienter ad differentiã equiuocorũ. Quarto sciendũ q̃ vniuoca ⁊ denominatiua sic differũt inter se: quia vniuoca vniuocata includũt essentialiter significatũ formale nominis vniuoci in quo ꝙueniũt. ideo ratio ꝓpria illius significati cõmunis est ratio cõmunis ⁊ eẽntialis vniuocatorũ: ideo vniuocũ nomine ⁊ rõne dicitur de vniuocatis. sed denominata alicuius denominatiui nõ includũt essentialiter significatũ formale ipsi⁹ denominatiui ſz accidentaliter tñ: ideo rõ essentialis illius significati non est rõ denominatorũ: ut cũ album predicat̃ de homine ⁊ equo: hõ ⁊ equꝰ sunt denominata: albũ vero denominatiuũ: ⁊ hõ ⁊ equus includũt solũ accidentaliter formale significatũ albi qõ est albedo: ideo rõ illius significati nõ est rõ illorum denominatorꝝ ideo per hanc particulã ratio substantie est eadem vniuoca differũt a denominatiuis. Et q̃ hoc ꝓz q̃ ista diffinitio explicat naturã vniuocorũ facies ipsa differre ab omnib⁹ aliis: ideo est sufficiens. Sꝫtra p̃dicta ꝓmo arꝫ sic: nomẽ vniuocũ habet tñ vnũ significatũ sed vniuoca vniuocata sunt res diuerse ⁊ nõ sunt vnũ significatũ nominis ergo vniuoca vniuocata nõ important q̃ idẽ nomen cõe. Scõo sic: hõ ⁊ equus sunt vniuoca vniuocata: ⁊ tñ ipsorũ nõ est vna rõ substantie sed habẽt diuersas diffinitiones eũ differant ſpẽ: ergo rõ substãtie vniuocorum nõ est eadem. Tertio sic: albedo ⁊ nigredo sunt vniuoca vniuocata ⁊ tamen non habent eandem diffinitionem substantie cõmunem cum sint accidentia: ergo contra diffinitionem. Quarto sic: equiuocum dicitur quod est equaliter plura vocans. ſz animal equaliter vocat hominem ⁊ asinuꝫ: quia tales sub suo genere equaliter continentur: ergo male datur exemplum q̃ animal sit cõe vniuocum hoi ⁊ asino. Quinto sic: ratio animalis secundum vnum modum quodq̃z animal est altera: ⁊ altera ut dicitur septimo phisicoꝝ ergo hic male dicitur q̃ homo ⁊ asinus conueniunt in vna ratione animalis. Ad primum dicitur q̃ si vniuoca considerentur ꝙtum ad id quod sunt ⁊ ad suas rationes proprias sic non significantur per nomen commune vniuocum. Sed si considerentur q̃tum ad naturam communem in qua conueniunt ex consequenti importantur per nomen vniuocum tã q̃z significata materialia eius: ⁊ illa natura communis est significatum suum formale ⁊ immediatum. Ad secundũ dicitur q̃ si homo ⁊ asinus considerent̃ secundus proprias ipsorum formas: sic habent diuersas diffinitiones proprias Sed si considerentur ut cõueniunt in animali bene habẽt vnam diffinitionem substantialem cõmunem ipsis que sũ

mitur secundum formam cōmunem in qua conueniunt.

Ad tertiū dicitur qō si capiatur substantia proprie pro ente per se. sic albedo ⁊ nigredo non habent rationem substantie. Sed si capiatur generaliter pro essentia sicut accipitur in ista diffinitione: sic habēt bene eādem rationem substantie cōmunem. Ad quartum dicitur ꝙ licet hoc nomen animal ex consequenti plura significet equaliter: scilicet species sui significati: non tamen primo ⁊ immediate plura vocat equaliter sed tantum vnum proprium significatū eius. ideo animal nō est equiuocum sed vniuocum equiuocum enim est ex parte vocis immediate plura significans.

Ad q̄ntū dicitur ꝙ si animal consideretur secundū esse quod habet in diuersis speciebꝰ eius contractum per diuersas differentias: sic ratio animalis secundum vnamquāq; speciem eius bene est altera ⁊ altera. Sed si consideretur secundum simplicem eiꝰ essentiam: sic sua ratio est eadem et non diuisa: quia sic accipitur sua essentia indistincta ⁊ non diuisa per differentias eius: ideo ratio explicās ipsam sic acceptam non est diuersificata.

¶ Denominatiua dicūtur quecunq; ab aliquo solo casu differentia secundū illud nomen habent appellationem: ut a grammatica grammaticus. Differunt solo casu ideſt sola cadentia que est a parte rei: et secundum idem nomē habent appellationem. nomen enim denominatiuū debꝫ cōmunicare cum nomine vniuoco in principio: ut a grāmatica grāmaticꝰ: siue ab albedine albus.

¶Postq; auctor posuit diffinitionē vniuocorum que dēēt reductionem diabilium in suū genus generalissimū qō dicitur de ipsis vniuoce. hic consequenter ponit diffinitionem denominatiuorum per quam cognoscatur reductio accidentium ad substantiam de qua predicantur denominatiue dicens. Denominatiua dicuntur quecunq; ab aliquo solo casu differentia sunt: et secundum illud nomen habent appellationem. In qua diffinitione ponitur dicuntur loco generis diffiniti ut dictum est in precedētibus. Deinde alia pars ponitur ad differentiam vniuocorum et equocorum: quia vniuoca ⁊ equoca non habent appellationem ideſt nominationem secundum illud nomen abstractum a quo differunt solo casu sicut denominatiua: sed primo et per se important sua significata et non per cadentiam ab aliquo.

¶Primo sciendum ꝙ in denominatione tria requiruntˢ scilicet denominans denominatum ⁊ denominatiuū. Denominās est forma accidentalis que importatur per nomē abstractum. Et dicitur denominās quasi de se aliud nominans: quia de se dat concreto: qō predicetur ⁊ nominet subiectum. Sed denominatiuū est accidens concretum quod predicatur denominatiue de suo subiecto: ut album vel nigrum. Et dicitur denominatiuum quasi de alio nominatiuum: quia ē denominatiuum subiecti ratiōe forme accidentalis que est alia a subiecto. Denominatum est subiectum de q̄ predicatur accidens concretum: ut in hac predicatione denominatiua sortes ē albus: albedo significata in hoc nomine albus: ⁊ per illud abstractum albedo est forma denominans: ⁊ illud concretum album est denominatiuum sortis: ⁊ sortes est subiectum denominatum. Et per hoc pātet ꝙ denominatiuum ⁊ cōcretum idem sunt: ⁊ denominans ⁊ abstractum similiter idem important. Secundo sciendum ꝙ ad veram denominationem requiruntur tres conditiones. ¶Prima conditio est ꝙ forma denominās sit alia a subiecto sic ꝙ non sit de essentia eius sicut genus respectu speciei: ⁊ ꝙ non fluat ex pricipijs essentialibus eius sicut ꝓprium: defectu cuius predicata essentialia ⁊ propria nō predicantur denominatiue. hic enim non est vera denominatio homo est humanus: vel homo est risibilis. Secunda cōditio est ꝙ forma denominans significetur secundū cadentiam ⁊ inherentiam ad subiectum ut sit in nomine cōcreto: ratione cuius nulla abstracta predicantur denominatiue. Tertia conditio est ꝙ denominatiuum ⁊ abstractum conueniant in principio dictionis: ⁊ differant in fine cuius defectu studiosus non dicitur denominatiue a virtute: quia ibi non est conuenientia in principio dictionis. Tertio sciēdum ꝙ triplicia sunt denominatiua: quedam secundū rem tantū ⁊ nō secundum vocem in quibus scilicet forma concreti naturaliter prouenit a forma abstracti et tamen non est conuenientia in principio dictionis ⁊ differentia in fine: ⁊ sic studiosus dicitur denominatiue a virtute. Alia sunt denominatiua secundū vocem tantum ⁊ non secundū rem que habēt conuenientiam in principio ⁊ differentiā in fine nominis abstracti ⁊ concreti ⁊ tamen non important alienam naturam a denominato sicut homo ⁊ humānitas vel humanus. Alia sunt denominatiua secundū rem ⁊ vocēm simul: ⁊ sunt illa quibus conueniunt tres conditiones ꝓsuppositе simul: sicut albū ⁊ nigrum que sunt vera denominatiua ⁊ solum de ipsis datur diffinitio presens. ¶Quarto sciendum ꝙ denominatiuum ⁊ denominās siue concretum ⁊ abstractum conueniunt dupliciter: ⁊ differunt dupliciter Conueniunt primo in re significata: quia significāt eandēꝫ formam essentialiter: sicut albedo ⁊ albū significant formā albedinis. Dicitur enim in predicamentis: album autē solam quantitatem significat. Secundo conueniunt in principio dictionis ut albedo ⁊ album: ⁊ illa cōuenientia in principio dictionis significat conuenientiā in re significata. Sed differunt in modo significandi ⁊ in modo essendi: quia concretum significat formā cum cadentia ⁊ inherentia ad subiectum per respectum ad subiectum. ⁊ ideo dicitur cōcretū quasi simul cernens formam ⁊ subiectum eius: sicut album significat albedinem inherentem suo subiecto. Sed abstractum significat formam secundum se sine inherentia ⁊ cadētia ad subiectum ⁊ significat eam substantiue ⁊ per modumꝫ per se stantis: ⁊ inde dicitur abstractum quasi ab alio tractū quia secundum modum eius significandi significat formamꝫ cum prescisione subiecti designando ipsam omnino sine suo subiecto. ⁊ inde est ꝙ non potest verificari de suo subiecto. Secundo differunt in finali terminatione vocis ⁊ ista differentia significat differentiam que est in modo significandi ideo in diffinitione denominatiuorum conuenienter dicit ꝙ differunt ab aliquo. scilicet qōlibet a suo abstracto in solo casu: quia solum differunt ab ipsis in cadentiā ⁊ in modo significandi ⁊ in hoc explicantur due differentie denominatiui ⁊ denominantis: ⁊ subiungitur secundum illud nōmen habent appellationem: ad explicandum conuenientiā illorum in principali significato ⁊ in principio dictionis. vn de ordine nature concretum habet appellationem ideſt denominationem a suo abstracto: quia ab ipso accipit suum significatū. ⁊ per hoc patet intellectus diffinitionis. Sed contra predicta primo arguitur sic: in nulla bona diffinitione debet poni vniuersale vniuersaliter sumptum: quia sic talis diffinitio nō posset vere predicari de diffinito. sed in ista ponitur vniuersale vniuersaliter sumptum. scilicet quecunq; ergo male. Secundo sic: album ⁊ nigrum sunt denominatiua ⁊ tamē non differunt solo casu sed etiam in principali significato: ergo in hac diffinitione male ponitur ab aliquo solo casu differentia sunt. Tertio sic: denominatiuum ⁊ abstractum differunt in modo significandi ut prius dictum est ⁊ etiam in genere sicut albedo ⁊ albus ergo non differunt solo casu: ergo. Quarto sic: studiosus est denominatiuum virtutis quia predicatur denominatiue de suo subiecto ⁊ hoc non habet nisi a forma virtutis: tamen non habet appellationem secundū nomen virtutis: ergo male dicitur ꝙ secundum illud nomen habent appellationem.

Quinto sic: abstractum denominatur a concreto sicut a iusto iustitia: ergo abstractū habꝫ appellationē a cōcreto ⁊ nō ecōtra. ergo male dicitur ꝙ denominatiuum ſm illud nomen abstracti habet appellationē. Ad primū dicitur ꝙ q̄cunq; in hac diffinitiōe nō tenet vniuersalitꝫ infinites

ꝛ tandum valet sicut illa que. ideo non ponitur vniuersale vniuersaliter sumptum. Ad secundum dicitur ꝙ licet album ꝛ nigrum nō differant inter se solo casu: tamen respectu suorum abstractorum scilicet albedinis ꝛ nigredinis solo casu differunt. ꝛ sic intelligitur in diffinitione ꝙ denominativa solo casu differunt a suis abstractis. Ad tertium dicitur ꝙ negatur consequentia ꝛ causa est: quia cū dicitur solo casu nō solum intelligitur de cadentia vocis sed etiam de cadentia que est in modo significandi concreti ꝛ abstracti ꝛ etiam ꝗtum ad modos essendi qui per istos modos significandi importantur. Ad quartū dicitur ꝙ licet studiosus sit denominativū ꝑm rem non tamen secundū vocem ꝛ rem simul: ꝛ solum de illis denominativis datur ista diffinitio. Ad quintū dicitur ꝙ licet secundū formationē vocis que a grāmatico principaliter considerat abstractū veriuet̄ a concreto tamen ꝑm ordinē vere significationis ꝛ denominatiōis concretum veriuat̄ ab abstrato eo ꝙ abstractū importat formā ꝑm se: ꝛ cōcretum importat eaꝫ ꝙ cadentiā ad subiectū. modo ipsa secūdū se naturaliter precedit inherētiam eius ad subiectum ideo in tali ordine concretum capit denominationē ꝛ appellationē ab abstracto ꝛ talis ordo denominationis a logico consideratur: ideo dicitur concretum ab abstracto deriuari.

¶ Eorum que dicuntur: quedam dicunt̄ sine complexione: ut homo siue currit: quedam cum cōplexione: ut homo currit.

¶ Postq̄ auctor posuit in speciali tria antepredicamentalia scilicet tres diffinitiones que valent ad reductionem dicibilium et conuenientiam eorū in aliquod vnum cōmune hic cōsequenter ponit duas diuisiones valentes ad cognoscendum distinctionē ꝛ differentiā eorum que ponuntur in predicamento adinuicē ꝛ ab his que nō ponuntur. et quia prius oportet distinguere illa que nō ponuntur in predicamēto ab his que ponuntur in predicamento ꝗz distinguere ea que ponuntur in predicamento adinuicem. Ideo auctor ponit primo hanc diuisionem que valet ad cognoscendum que ponuntur in predicamento ꝛ que non: dicens. Eorum que dicuntur: quedam dicūtur cum complexione sicut oratio. quedam vero sine complexione ut termini incomplexi. Cuius ratio est: quia omne qđ dicitur exprimitur vel significatur per vocem complexam ex pluribus vocibus significatiuis ꝛ sic dicitur cum complexione: vl exprimitur ꝙ vnā solam vocem significatiuam ꝛ sic dicitur sine complexione.

¶ Primo sciendum ꝙ dici tripliciter accipitur. vno modo vt tantum valet sicut deriuari ab alio ut cum dicitur opa letica dicitur a opa quod est duo id est deriuatur. Secundo modo ꝑ tm̄ valet sicut predicari ut in diffinitione predicabilis cum dicitur predicabile est quod aptum natum est de pluribus dici id est predicari. Tertio modo dici accipitur ꝙ ut tātum valet sicut exprimi vel significari per vocem significatiuam: et isto modo sumitur in proposito. et per hoc patet quid sit diuisum in hac diuisiōe. Est enim dicibile quod est significabile: ꝛ dici potest per dictionem que est vox significatiua: ideo tantum valet dicere eorum que dicūtur sicut dicibiliū que per vocem significatiuam exprimuntur. Secūdo sciendū ꝙ cōplexio dupliciter accipitur. Vno mō generaliter pro quacunq̄ compositione duorū adinuicē siue sit duarum rerum vel dictionū litterarum vel sillabarum. et isto modo non accipitur hic. Alio modo accipitur solū specialiter pro compositione plurium vocum significatiuarū et isto modo sumitur in proposito: ꝛ ideo complexio ut hic sumitur est compositio ex pluribus vocibus significatiuis. Et dici cum complexione est significari vel exprimi per vocem compositam ex pluribus vocibus significatiuis. Et dici sine complexione est exprimi per vnam solam dictionē.

Quarto sciēdū q̄ duplicia sunt ptraria. s. mediata ⁊ immediata. mediata sunt inter que mediat aliqua species sui generis quodāmodo participans naturā vtriusq; cōtrariorū: ut inter albū ⁊ nigrū mediat rubeum fuscū ⁊ croceū: q̄ quodāmodo participant naturam albedinis ⁊ nigredinis. Et dicuntur talia cōtraria mediata: quia habent mediū ꝑ participationē. Sed cōtraria immediata sunt inter que nō mediat aliqua species sui generis: ut sanū ⁊ egrū inter q̄ nō est aliqua species media: sed semp necesse est vnū illoꝝ esse in ꝓprio subiecto ipsoꝝ: quia quodlibet animal vel est sanū vel egrū: ⁊ non est dandū medium: quia in quolibet animali est adequatio humoꝝ: ⁊ sic est sanū. vel inequatio: et sic est egrū. Et nulla cōtraria dicuntur immediata per carentiā medij ꝑ participationē licet habeant mediū per abnegationē: de quo ambo extrema vere negantur: ut de lapide simul negatur sanum ⁊ egrū: ⁊ de vtrūq; illoꝝ cōtrariorum intelligitur diffinitio prius posita. Contra p̄dicta arguitur primo: sic nulla opposita ad se inuicē consequunt: cum vnū destruat aliud: sed relatiua se consequūtur mutuo cuz ad esse vnius sequat eē alterius: ⁊ inter se conuertunt secūdū existentiā. ergo relatiua nō sunt opposita. Secūdo sic quecunq; opponunt habent oppositionē secūdū respectū vnius ad alterū: sed relatiua nō habent oppositionē secundū respectū vnius ad alterū quia vnius ad alterū est forma relationis in qua ambo cōueniūt. ergo nulla relatiua opponūtur. Tertio sic: bonū ⁊ malū cōtrariant: ⁊ tamē non ponūtur sub eodē genere. sed sunt prima genera. ergo ptraria nō ponuntur sub eodē genere. Quarto sic: contradictoria plus distant q̄z cōtraria. ergo cōtraria nō maxime distant cōtra diffinitionē cōtrariorū. Quinto sic: caliđ ⁊ frigidū cōtrariantur: ⁊ tamē nō se mutuo expellūt ab eodē subiecto: q̄ simul sunt in tepido ergo male dr̄ in diffinitiōe cōtrariorū q̄ mutuo se expellūt ab eodē subiecto. Ad ꝑmū dicitur q̄ licet relatiua quātū ad eē in diuersis subiectis consequant se inuicē ⁊ conuertūtur scōm existentiā: nō tamē quātū ad esse in eodē subiecto: sed respectu eiusdem subiecti opponuntur. ideo eo modo quo cōsequūtur se inuicez non opponūntur. Ad secundū dicitur q̄ inter relatiua est quida respectus positiuus qui est forma relatiōis in qua relatiua cōueniunt: ⁊ secundū talē respectū non opponuntur. Alius est respectus repugnātie correlatiuorū ad simul esse in eodem subiecto: ⁊ secundū illū respectū habent oppositionē. Ad tertū dicitur: q̄ licet bonū ⁊ malū nō ponātur sub eodem genere moꝝ: sed sint diuersa in moribus: tamē bene ponuntur sub eodē genere logico: q̄ ponūtur sub prima specie qualitatis: ut dicūt habitus bonos vel malos ⁊ sub genere actionis inquātū dicūt actus. ⁊ hoc capiendo bonū ⁊ malū ut capiūtur in moralibus. q̄si caperentur ut sunt passiones entis: sic opponūtur p̄uatiue: ⁊ nō ponuntur sub eodē genere. Ad quartū dicitur: q̄ licet contradictoria simplr̄ maxie distāt: nō tamē sub eodē genere: ꝺ sic cōtraria maxime distant. Ad quintū dr̄: q̄ luz in tepido

sit caliduꝫ ⁊ frigiduꝫ ſm eſſe remiſſum: non tamē ſm eſſe intenſum quo modo inter ſe contrariantur.

¶ Priuatiue oppoſita ſunt que circa idē habent fieri ordine irregreſſibili: ut ab habitu eſt deuenire in priuationem ⁊ nō ecōuerſo. Impoſſibile eſt enim a priuatione regreſſum fieri in habitū ut cecitas et viſus habent fieri circa oculum ⁊ a viſu contingit fieri motum ad cecitatem et nō ecōuerſo per naturam.

Poſtq̄ auctor determinauit de relatiua oppoſitōe ⁊ cōtraria quarū ambo extrema ſunt duo entia. Hic cōſequenter determinat de oppoſitione priuatiua ⁊ cōtradictoria: q̄rū vnū extremū eſt ens: ⁊ aliud nō ens. Et q̄ in oppoſitione cōtradictoria vnū extremoꝝ eſt nō ens ſimpliciter. In priuatiua vero eſt nō ens ſm quid: ⁊ prius videndū eſt de priuatiua oppoſitione q̄z de contradictoria. Ite oppoſitiones poſſunt dupliciter cōſiderari. vno mō ex parte repugnātie quam important. ⁊ q̄n contradictione eſt maior repugnātia q̄z in aliis: ideo hoc mō precedit cōtradictoria oppoſitio: deinde priuatiua: tertio contraria: ⁊ vltimo relatiua. Alio modo conſiderantur quantū ad entitatē ſuoꝝ extremoꝝ: ⁊ hoc modo relatiua oppoſitio prior eſt: ſecūdo cōtraria: tertio p̄uatiua: vltimo contradictoria. Et quia hic conſiderantur oppoſitiones ex parte ſuoꝝ extremoꝝ: ideo hic vltimo in textu ordinatur ⁊ conueniēter ponitur oppoſitio priuatiua ante contradictoriā. Primo ſciendū: q̄ priuatiua oppoſitio eſt repugnātia habitus ⁊ priuationis ſiue p̄uatiue oppoſitorū. ⁊ habit⁹ eſt forma habita in aliquo ſubiecto ſicut eſt viſus in oculo. Priuatio vero eſt negatio forme in ſubiecto cū aptitudine ad illam: ſicut cecitas dicit negationē potentie viſiue ⁊ relinquit aptitudinē ad illā eo q̄ relinquit principia remota viſus. ⁊ illa duo. ſ. priuatio ⁊ habitus dicūtur priuatiue oppoſita: q̄ ſic poſſunt diffiniri. priuatiue oppoſita ſunt: quoꝝ vnū dicit negationē alteri⁹ cuꝫ aptitudine ad ipſum. Secundo ſciendū: q̄ aliter diffiniūtur in textu ſic. priuatiue oppoſita ſunt q̄ circa idem ſubiectū habēt fieri ordine irregreſſibili ⁊ tēpore determinato a natura ſicut viſus ⁊ cecitas circa oculū. Cuius ratio eſt: q̄ priuatio dicit corruptionē habitus ⁊ principioꝝ eius in ſuo ſubiecto: ideo priuatio habet fieri circa idem ſubiectū ſicut ⁊ habitus. ⁊ quia corruptio preſupponit illud q̄ corrūpitur: ideo priuatio preſupponit habitū: ⁊ habitus naturaliter precedit priuationē: ideo habent fieri in eodē ſubiecto ſecūdū ordinē: ⁊ q̄ corruptis p̄ncipiis habitus non p̄t fieri regreſſus in habitū. Et p̄uatio dicit corruptionē illoꝝ p̄ncipioꝝ. Ideo habitus ⁊ p̄uatio fiūt circa idē ſubiectū ordine irregreſſibili. ⁊ q̄ aliquis dicitur habere priuationē quando nō habet habitū tēpore quo debet haberi: ⁊ dicit tēpore determinato a natura ſicut catulus ante nouē dies non dicitur cecus q̄z caret viſu ⁊ faciliter p̄t videri q̄d ſit genus ⁊ differentia in iſta diffinitione. Tertio ſciēdū: q̄ duplex eſt priuatio q̄dā eſt p̄fecta q̄ negat habitū ⁊ principia p̄pinqua habitus ⁊ ſolū relinquit principia remota ipſius habitus ſicut eſt cecitas reſpectu viſus q̄ negat viſum ⁊ debitā cōplexionē organi ⁊ de tali priuatione non p̄t fieri regreſſio in habitū ut dictum eſt. Alia eſt priuatio impfecta q̄ negat habitū tantū ⁊ relinquit principia habitus tam p̄pinqua q̄z remota ut ē quies reſpectu motus: ⁊ de tali p̄uatione p̄t fieri regreſſus in habitū ⁊ ecōtra ut poſt quietē poteſt fieri motus ⁊ econtra. Et ſolū de priuatiue oppoſitis in quibus eſt p̄fecta mutatio datur illa diffinitio p̄uatiue oppoſitorū: ⁊ ſ̄ bene ponitur ordine irregreſſibili ad d̄ictaꝝ cōtrariorū ⁊ contradictoriorū. Quarto ſciendū q̄ d̄dictio ſic diffinitur. Contradictio eſt oppoſitio cuius ſm ſe nō eſt dare mediū. Et ponitur oppoſitio loco generis ⁊ ponit⁹ cuius ſm ſe nō eſt dare mediū ad differentiā omniū aliaꝝ ſpecierū oppoſitionis vbi ſemp p̄t reperiri mediū vel per participationē vel p abnegationē: q̄ non p̄t fieri in cōtradictione. Cuius rō eſt: q̄ cōtradictio eſt cōtradictorioꝝ repugnantia inter ſe: ſed inter cōtradictoria nullū eſt mediū: q̄ cōtradictoria ſunt illa quoꝝ vnū ſimpliciter dicit negationē alterius ⁊ nihil ponit affirmatiue ut ſunt ens ⁊ nō ens: ſedet ⁊ nō ſedet: ⁊ q̄ inter ens ⁊ non ens ſimpliciter nō p̄t eſſe mediū: ⁊ō in cōtradictione nō p̄t reperiri mediū: ⁊ hoc ſibi cōuenit per ſe primo ⁊ nō rōne alicuius oppoſitionis p̄cedētis: ⁊ō dicitur q̄ ſibi cōuenit ſm ſe. Et p hoc habet intellectus diffinitionū illarū oppoſitionū p̄cedentiū. Cōtra predicta arguitur p̄mo ſic: rationale ⁊ irrationale p̄uatiue opponuntur: ſimiliter equale ⁊ inequale: ⁊ tamē nō habent fieri circa idē: ergo male ponitur diffinitio p̄uatiue oppoſitoꝝ. Scōo ſic: illō q̄ eſt nō ens nō p̄t fieri: q̄ factio terminatur ad eē rei: ſed p̄uatio eſt non ens: ergo nō habet fieri circa aliquod ſubiectū. Tertio ſic: ſciētia ⁊ ignorantia opponūtur priuatiue quia ignorantia eſt priuatio ſcientie: ⁊ tamen de ignorantia p̄t fieri naturaliter egreſſus in habitū. ſ. ad ſcientiā: ſicut cū aliqui ſunt primo ignorantes poſtea efficiuntur ſcientes per ſtudiū: ergo priuatiue oppoſita non ſemp ſunt ordine irregreſſibili. Quarto ſic: omnis oppoſitio habet duo extrema: ſed cōtradictio nō habet duo extrema cū ſit inter ens ⁊ nō ens ſimpliciter: modo nō ens nō eſt vnū extremū: ergo cōtradictio nō eſt oppoſitio.

Quinto ſic: in oppoſitione cōtrariorū immediatoꝝ nō reperitur mediū: ergo diffinitio contradictionis cōuenit aliis a diffinito. Ad primū dicitur: q̄ licꝫ rationale ⁊ irrationale ſm modos ſignificandi ⁊ intelligendi quib⁹ cognoſcūtur a nobis. ſ. vnū per negationē alterius ſunt aliq̄ modo priuatiue oppoſita: tamen ſecūdū id quod ſunt nō ſunt priuatiue oppoſita cū ſint forme poſitiue: ſed magis habēt rationem cōtrariorū: ⁊ eo modo quo priuatiue opponuntur ſunt circa idem in genere licet nō in ſpecie vel in numero. Ad ſecūdū dicitur: q̄ licet priuatio non fiat per ſe tamen bene per accidens. ſ. per corruptionem habitus: quare etiam non eſt ens niſi per accidens ⁊ ſecundū quid. Ad tertiū dicitur: q̄ ſcientia ⁊ ignorantia priuatiue opponūtur priuatione impfecta ⁊ ſolum de priuatione perfecta datur iſta diffinitio. Ad quartū dicitur: q̄ licet nō ens ſimpliciter nō ſit vnū extremū ſm rem: ſed ſm intellectum q̄ concipit non ens per negationē eius nō ens bene eſt vnum extremū oppoſitionis quia tamen non eſt vnū extremum ſeclūſo opere intellectus: ideo ſine opere rationis cōtradictio non habet eſſe in rebus completum in actu: ſed in potētia tantū ⁊ perficitur in actu per intellectum. Ad quintum dī: q̄ licꝫ inter ꝓtraria imediata nō ſit mediū p participationē: ē tñ mediū p abnegationē: de quo p̄t vere negari vtrūq̄ extremoꝝ: ⁊ inter ꝰdictoria nullū eſt ſimpliciter mediū.

¶ Prius autem dicitur quadrupliciter. Primo modo ⁊ proprie dicitur aliquid p̄ius altero ſecundum tempus prout dicitur aliquid antiquius ⁊ ſeni⁹ altero: ſicut homo habens triginta annos dicitur antiq̄or ⁊ ſenior illo qui habet viginti. Secundo autem modo dicitur prius quod nō cōuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam: ut vnum prius eſt duobus: duobus enim exiſtentibus mox conſequēs eſt vnū eſſe: ut ſi duo ſunt vnum eſt: ⁊ non ecōuerſo. Tertio autem modo dicitur prius ſecūdū ordinē. ut in diſciplinis principia priora ſunt concluſionibus. ⁊ in grāmatica littere priores ſunt ſillabis: et in narratione

prohemiuz prius est narratione per ordi-
nem. Quarto modo quod melius ꝛ hono
rabili⁹ est dicitur prius cōsuetudine. Cō
sueuerunt enim plurimi honorabiliores ꝛ
magis dilectos dicere priores apō se. ℙre
ter quattuor modos iam dictos est alter
modus prioris eorum. ſ. que cōuertuntur
secundū essentie consequentiā. ꝛ alterū est
causa alteri⁹ quodāmodo ut sit digne pri
us ipso: ut res est causa veritatis oratiōis
facte de ipsa re: ut hominez currere cōuer-
titur cū hac oratiōe: homo currit: ut si ho-
minē currere est verū: homo currit est ve-
rū: ꝛ ecōuerso. ℙRes enim est causa oratio-
nis vere de se facte. oratio autē nō est cau
sa ꝙ res sit. ab eo enim ꝙ res est vl nō est:
oratio est vera vel falsa.

ℙPostꝫ auctor determinauit de postpredicamēto oppo-
sitionis qō simpliciter valet ad cognoscendū distinctionem
ꝛ diuersitatē dicibiliū incōplexoꝝ que ponūtur in predica-
mēto. ℙHic cōsequēter determinat de postpredicamēto pō-
ris quod valet ad cognoscēdū ordinem illoꝝ dicibilū assi-
gnans quinqꝫ modos eius qui in his versibus continentur
Tempore natura prius ordine dic ꝛ honore. Causaz causa-
to dicimus esse prius. Et licet posterius sit vnum postpredi
camentū: tamē ꝙ prius ꝛ posterius opponūtur relative: tō
tot modis dicitur vnū quot modis dicitur ꝛ reliquū: ꝛ co-
gnito vno oportet cognoscere aliud: ideo per distinctionez
modoꝝ prioris satis habetur distinctio modoꝝ posterio-
ris: nec erit specialiter determinandus de ipso posteriori.

ℙPrimo sciendū ꝙ primus modus ꝛ secundus prioris sic
differūt inter se: quia prius primo mō quod est prius tēpo-
re dicitur illud cuius duratio precedit durationē alteri⁹: si-
ue illa duratio precedat secundū tēpus proprie dictū siue se
cundū tēpus captū ꝑ eternitate ut aliquis senior altero di-
citur prior illo secundū tēpus ꝛ durationē illius: ꝛ valet ille
modus ad cognoscendū ordinē inter vniuersalia q̄ sunt per
petua ꝛ singularia: q̄ sunt coꝛruptibilia ꝛ tēporalia. vniuer
sale. n. quod est semp est prius duratione quolibet suoꝝ in
diuiduoꝝ quod posit non esse accipit eē. Sed prius secūdo
mō qō est prius natura dicitur illud qō nō cōuertitur ſm
existendi cōsequentiā: vel est illud qō requiritur ad esse alte
rius ꝛ alterū nō requiritur ad eē eius: sicut vnū est pri⁹ duo
bus. Et dicitur cōsequentia existēdi in qua ad eē vnius seq̄
tur esse alterius: ut homo est: ergo animal est. Et dicit con
uerti debite talis cōsequētia quādo sicut ad esse p̄mi sequi-
tur existentia secūdi: ita ad existentiā secūdi sequitur existen
tia primi: ut hic hō est: ergo risibile est ꝛ ecōtra: risibile ē: er-
go homo est. Et valet ille modus generaliter ad cognoscen
dū ordinē superioris ad inferius: qz omne superius est hoc mō
prius suis inferioribus. Secūdo sciēdū: ꝙ tertius mod⁹
ꝛ quartus sic inter se differūt: qz prius tertio mō dicitur qō
est prius alio ordine cōpositionis vel doctrine sicut illud qō
est simplicius alio sicut principia sunt priora cōclusionibus
ꝛ littere syllabis: ꝛ syllabe dictionibus. Et dicitur tale prius
prius ordine capiēdo ordinē specialiter ꝑ ordine cōpositio-
nis vel doctrine: vbi proceditur a simplicibus ad cōposita ꝛ
nō capiēdo ordinē gñaliter ꝑ quocūqꝫ ordine rei vel ratio
nis: ꝛ ꝑ hunc modū cognoscimus ordinē generis ꝛ differen
tiarū ad speciē q̄ ex ipsis cōponitur. Sz pri⁹ quarto modo
quod est prius honore dicitur illud qō est pfectius ꝛ hono-
rabilius alio qō dicitur pri⁹ ſm pfectionē ut homo virtu o
sus dicitur prior homini nō virtuoso: ꝛ hoc mō oē inferiꝰ
cū sit pfectius suo superiori dicit pri⁹ suo superiori: ꝛ sic ille mo
dus valet ad cognoscendū ordinē specieruz ad sua superiora.

Tertio sciendū: ꝙ prius quinto modo quod est pri⁹ cau
salitate dicitur quod cōuertitur ſm existendi cōsequentiaz:
ꝛ tamen vnū est causa alterius ut homo: ꝛ risibile conuertū
tur ſm existēdi cōsequentiam ꝛ tamen homo est causa risi-
bilis: ꝛ etiā veritas orationis ꝛ res significata per eā q̄ est cō
positio p̄dicati cū subiecto cōuertūtur ſm esse ꝛ tamē res
significata ꝑ orationē est causa veritatis orationis. Ab eo
enim ꝙ res est vel nō est oratio dicitur vera vel falsa: quod
intelligēdū est nō de re subiecti vel p̄dicati: sz de re formalit
significata per orationē ut est inherentia vel cōpositio p̄di
cati cū subiecto. Et valet ille modus ad cognoscendū ordi-
nē differētie ad speciem ꝛ speciei ad sua accidentia ꝓpria. ꝛ
differt ab omnib⁹ modis precedentibus quia in isto cōuer-
titur existendi consequentia quod nō sit in aliis precedenti-
bus. Quarto sciendū: ꝙ illoꝝ modoꝝ prioris sic habe-
tur sufficientia: quia omne prius vel sumitur ſm ordinem
discipline ꝛ cognitionis ꝛ sic est tertius modus: vel ſm ordi
nē rei ꝛ hoc dupliciter: vel sumitur ex parte rei vel ex parte
consequentium ipsum esse ut sunt: perfectio: ꝛ causalitas.
Si primū hoc est dupliciter: vel sumitur ex parte esse rei ſm
pliciter ꝛ absolute: ꝛ sic est secundus modus: vl ſm duratio
nē esse illius: ꝛ sic est primus modus. Si ex parte consequen
tium hoc est dupliciter: vel sumitur ſm modum perfectio-
nis ꝛ sic est quartus modus: vel causalitatis ꝛ sic est quint⁹
modus. Et sic patet de modis prioris. Sed contra predi
cta arguitur primo sic: in tempore non est prius nec posteri
us quia de tempore non habemus nisi nunc in quo non est
prius neqꝫ posterius cum sit indiuisibile: ergo nihil dicit ꝑ
ius tempore. Secūdo sic: omne superius est secundo mo
do prius suo inferiori: ꝛ tamen inter superius ꝛ inferius cō
uertitur consequentia subsistendi: quia sicut sequitur infe-
rius est: ergo superius est: ꝛ ecōtra si superi⁹ ē: inferi⁹ est. ergo
male diffinit ꝑius natura qō nō conuertit ſm existēdi ꝓpoz
Tertio sic. omne prius ē prius ſm ordinē: ergo ꝑius ordi
ne nō est modus distinct⁹ ab aliis. Quarto sic. spēs ē p-
fectior ꝛ honorabilior genere: ꝛ tū nō est prior illo: cū prin
cipiatū nō p̄cedat principiū: ergo male dicitur ꝙ honorabi
lius ꝛ melius dicitur pri⁹ quarto modo. Quinto sic. eoꝝ
que sunt simul vnū non est prius alio. sed ea que conuertū
tur ſm esse simul sunt: ergo vnū non est prius ut in quinto
modo dicitur. Ad primū dicitur: ꝙ licet de tēpore non
sit nisi nunc in actu ꝛ in facto esse: tū ſm successionē ꝛ secū
dū potentiā sunt plures partes tpis: ut preteritū ꝛ futuruz
que sunt in fieri ex fluxu ipsius nunc. Ad secundū dicit:
ꝙ licet inferius ꝛ superius si cōsiderentur quantū ad intēcio
nes superioris ꝛ inferioris sic cōuertant ſm existendi. cōsequē
tiam eo ꝙ hoc mō sunt relativa: nō tū cōuertunt si cōside-
rātur quantū ad naturas eoꝝ: sed superius p̄cedit inferius.
Ad tertiū dicitur: ꝙ licet omne pri⁹ ſm ordinē gñaliter
acceptū sit prius: nō tū ordine doctrine vel cōpositionis: de
quo ordine solū est hic propositū. Ad quartū dicit: ꝙ lz
spēs via generationis nō sit prior genere: tū ordine pfectio-
nis illa prior est. Ad quintū dz: ꝙ licet ea q̄ cōuertūtur
ſm existendi consequentiā sunt simul tpe: nō tū sunt simul
natura: quia cum vnum est causa alterius ē prius natura
alio: cū omnis causa natura p̄cedat suū effectum.

℔Simul aūt dicitur tribus modis. ℙPri-
mo enim modo dicitur simul: quoꝝm ge-
neratio est in eodē tempore: neutrum enim
illoꝝ non est prius neqꝫ posterius: ꝛ hec
dicūtur simul tēpore. Secūdo mō dicit si
mul quecūqꝫ cōuertūtur ꝛ neutrū est cau
sa alterius ut sit: ut quelibet relativa ut
duplum ꝛ dimidiuz: ꝛ sic de aliis. Tertio

modo dicitur simul quecūqz ecōtrario cō diuidunt aliquod genus: ut homo equus et leo: ⁊ sic de alijs que diuidunt hoc genꝰ aīal. ⁊ etiā dr̄ie: ut rōnale ⁊ irrōnale. Isti aūt duo vltimi modi dn̄r fit natura. Primus aūt dicitur modus simul tpe.

Postqz auctor determinauit de postpredicamēto poris ⁊ posteriozis qō valet ad cognoscēdū ordinem superiozis ⁊ inferiozis inter se. Hic cōsequēter determinat de postpredicamēto simul: qō valet ad cognoscēdū cōuenientiā pluriuz inferiozꝫ in suo supiozi: assignās tres modos eius qui in his versibus cōtinētur. Tpe dico simul quoz generatio nūc ē. Suntqz simul species genus vnū cōdiuidentes. Que cōuertūtur dicimus esse simul. Et hozū modozū sic habetur sufficientia: qz quecūqz sunt simul: sunt simul natura vl tpe. Si simul tēpore: sic est primꝰ modus. si simul natura: hoc ē dupliciter. vel talia sunt simul natura diuisionis: ⁊ sic est tertiꝰ modus. vel natura relationis: ⁊ sic est scōus modus. Primo sciendū: q simul dupliciter accipitur. Uno modo pro quacūqz conuenientia duoz̄ in vno tertio ut comprehendit omnia illa quecūqz sunt aliquo modo simul. ⁊ hoc modo cōtinentur sub ipso simul in loco: ⁊ simul in spacio: et simul in motu qui hic nō enumerātur. Alio modo capit specialiter solū ut se extēdit ad modos simt̄ qui valēt ad cognitionē p̄dicamētozū habendā ⁊ hoc modo hic cōsideratur ⁊ nō primo modo: ⁊ quia esse simul in motu vel esse in loco nō requiritur ad noticiā predicamentozū eo q̄ proprie cōueniunt solū indiuiduis q̄ sunt corruptibilia: ⁊ nō habent esse in p̄dicamēto tanqz dicibilia. sed ut subiectibilia tātū: ió hic illi modi nō enumerantur. Scōo sciendū: qō simul tempore dicuntur aliqua quozū generatio est in eodē tēpore ⁊ etiā tota duratio ut sunt illa q̄ simul generant ⁊ corrūpūtur ut homo et risibile dicūtur simul tēpore: ⁊ debet intelligi q̄ eozū generatio sit in eodē tēpore tam p̄m esse qz secundū essentiā: ita q̄ sit in eodē instanti tēporis: ⁊ similiter corruptio eozū: ⁊ nō sufficit q̄ generatio eozū sit in eodē tēpore p̄m essentiā qz cū sit tantū vnū tēpus secundū essentiā omniū tpaliū sequeretur q̄ omnia p̄terita ⁊ futura essent simul tempore. Tertio sciendū: q̄ simul scōo modo dicūtur illa q̄ conuertūtur ⁊ neutrū est causa alterius: ut sunt relatiua q̄ simul ponūtur inesse ⁊ nō inesse: ⁊ inter se non cōuertūtur secundū suppositā sic q̄ de seinuicē verificent: sed cōuertuntur secundū exīstendi consequentiā: quia sicut ad esse vnius sequit̄ esse alterius ita ecōuerso: ⁊ neutrū est causa alterius eo q̄ vnū nō precedit naturaliter aliud: nec potest habere eē nūi ponat̄ suū correlatiuū. Et illa q̄ sic dicuntur simul habent oppositionē ad duos modos priozes. s. ad scōm ⁊ quintū ió hic ponitur q̄ cōuertunt̄ ad dr̄iam secūdi modi priozis ⁊ neutrū est causa alterius ad dr̄iam q̄nti ⁊ primus modus simul opponitur primo modo priozis.

Quarto sciendū: q̄ simul tertio modo dicūtur q̄ ecōtrario condiuidunt aliqō genus: ut sunt due differētie vel due species eiusdē generis: ⁊ ille species vel differētie possunt dupliciter cōsiderari. Uno modo cōparando illa inter se: ⁊ sic vna semp est prioz alia via yfectionis: cū vna semp sit perfectioz altera. Alio modo cōsiderantur inquantū cōueniunt in suo genere in quo essentialiter continentur ⁊ sunt equalis yfectionis: ⁊ sic sunt simul yfectione: nec vna est yfectioz alia vel prioz vel posterioz: ideo iste modus simul pōt dici yfectione ⁊ opponitur quarto modo priozis quo aliqd dicit prius honoze vel yfectione. Et q̄ hoc satis patet declaratio diuisionis simul ⁊ modozū eius. Sed contra predicta arguitur primo sic: simul ⁊ prius opponūtur: quia simul dicit negationem priozis ⁊ posteriozis relinquens aptitudinē ad illa: ergo tot modis dicitur simul quot modis dicitur prius: ergo sicut sunt quinqz modi priozis ita debēt esse q̄nqz modi simul. Scōo sic: illa que cōuertūtur ⁊ neutrū est causa alterius sunt simul tēpore cū generatio ⁊ corruptio eozū sit in eodem instanti tēporis: ergo secundus modus simul ⁊ primus coincidūt: ergo illi tres modi nō bene distinguunt̄

Tertio sic: puer ⁊ senex nūc viuentes sunt simul tēpore: cū sint in eodē nunc: ⁊ tamen eozū generatio nō fuit in eodem tpe: ergo male diffinitur primꝰ modꝰ simul. Quarto sic: causa est ad cuius esse sequitur aliud sed ad esse vnius relatiui sequitur esse alterius: ergo vnū est causa alteriꝰ: ergo cōtra scōz modū. Quinto sic: q̄cūqz sunt simul in aliquo simul cōueniunt: sed illa q̄ diuidūt ecōtrario vnū genus nunqz sunt simul in eodē neqz cōueniunt in aliq̄ vno quia opponuntur inter se: ergo male assignatur tertiꝰ modus simul. Ad primū dicitur: q̄ licet simul priuatiue opponatur prioꝛ ⁊ posterioꝛi: ⁊ ideo p̄m rem possūt poni tot modi simul quot ponunt̄ priozis ⁊ posteriozis: tamē secundū vsum accipiendo simul ut valet ad cognitionē p̄dicamētozū hic solū assignantur tres modi simul. Ad secundū dicitur: q̄ licet ea q̄ cōuertuntur p̄m exīstendi cōsequentiā sint simul tempore tamen alia ratione dicūtur simul tēpore ⁊ simul natura: quia inquantū simul prodūcūtur in eodē instanti dicūtur simul tēpore ⁊ inquantū intelliguntꝰ simul esse sub aliqua natura dicūtur simul naturā: ió illi modi nō coincidūt. Ad tertiū dicitur: q̄ licet puer ⁊ senex nunc viuentes sint simul tēpore p̄m aliquā partē sue durationis nō tamē p̄m totā durationē eozū: sed vnus est prioꝛ alio tēpore. Ad quartū dicitur: q̄ licet ad eē vnius relatiui sequatur illatiue eē alterius: nō tamē sequitur causaliter ⁊ p̄m naturā: quo tamē modo effectus sequitur ad suā causam. Ad quintū dicitur: q̄ licet ea q̄ opponūtur non pñt eē simul in eodē numero: tñ bene possunt eē in eodē genere: ⁊ hoc modo sunt simul illa q̄ cōdiuidunt aliquod genus: quia simul sunt in natura cōi importata per genus.

¶ Motus species sex sunt: generatio: corruptio: augmentum: diminutio: alteratio secundū locum mutatio. Generatio est exitus a non esse in esse. Corruptio est egressus ab esse in non esse. Augmentū est preexistentis quantitatis additamentū. Diminutio est preexistentis quātitatis minoramētū. Alteratio ē mutatio a cōtraria q̄litate i cōtrariā vl̄ in mediā: ut cū aliqs mutat̄ ab albedine in nigredinē vl̄ in medios colores. Motus p̄m locuz est mutatio ab vno loco in alterū. motus aūt p̄m locū sex sunt species siue differentie: sursum deorsū ante: retro: dextrorsum sinistrorsū. Ad omnes enim has partes fit motus.

Postqz auctor determinauit de modis oppositionis poris ⁊ simul que valent ad cognoscendum dicibilia incōplexa quantum ad suū esse. Hic consequenter determinat de motu qui valet ad cognoscēdū illa quantū ad suū fieri. Illozū enim dicibiliū aliqua causantur ex alijs per motū rōnis: sicut plures species ab eodē genere. Alia vero per motū realē: sicut accidentia causantur a substantia per motū. Et primo enumerātur sex species motus q̄ in his versibus cōtinentur. Auget diminuit corrūpit ⁊ generatur. Alterat ⁊ mutat sic per multa loca vagatur. Istis sex modis dicitur esse motus. Et illarū specierū sufficiētia sic haberi pōt. Ad omnis motus fit inter duos terminos: vel ergo illozum terminozū vnus est affirmatiuus ⁊ alius negatiuus: vel sunt ambo affirmatiui. Si primū: tūc hoc ē dupliciter. Quia vel terminus ad quē est affirmatiuus. ⁊ sic est gñatio. Vel terminus a quo: ⁊ sic est corruptio. Si ambo termini sunt af-

firmatiue: hoc est dupliciter. Vel talis motus fit ad formā respectiuā: ⁊ sic est loci mutatio q̄ fit ad vbi. Vel ad formā absolutā: ⁊ hoc est dupliciter. Vel ad qualitatē: ⁊ sic est alteratio. Vel ad quantitatē: ⁊ hoc est dupliciter. Vel ad quātitatē ꝓfectā: ⁊ sic est augmentatio. Vel ad qualitatē impfectā: ⁊ sic est diminutio. ¶Primo sciendū: ꝙ generatio ē progressio de nō esse ad esse: ut cū fit mutatio de nō esse ad esse eius per mutationē subiecti. Et capitur ibi progressio non specialiter. s. ꝓ motu ꝓgressuo animalis: sed generaliter ꝓ quacūq; mutatione in qua acq̄ritur forma post formā in aliquo subiecto. Et ponitur ibi ꝓgressio loco generis: ⁊ de non esse ad eē ad explicandū terminū a quo aut terminū ad quem generationis ⁊ capitur ibi non esse non ꝓut negat generaliter omne esse: sed solū ꝓout negat eē in actu ⁊ reliquit esse in potentia: quia generatio fit de nō esse in actu esse tū in potētia ad esse in actu. Et per oppositū corruptio est progressio de esse ad nō esse vbi ponit ꝓgressio loco generis: ⁊ de esse ad non esse ad differentiā aliarū specierū motus. Secundo sciendū: ꝙ augmentatio dicit ꝓ existentis quātitatis additamentū: ⁊ ratio est quia augmētatio est motus de minore quantitate ad maiorē: sed quantitas nō pōt fieri maior nisi ꝓ additionē alicuius partis q̄ntitatis. Et per oppositū diminutio est pexistentis quantitatis minoramentū. Et ratio est quia ille motus est de maiore quantitate in minorē ⁊ maior quātitas nō pōt fieri minor nisi ꝑ remotionē alicuius ꝑtis eius: ideo fit ibi minoramentū pexistentis quantitatis eius. Vnde in hoc conueniunt augmētatio ⁊ diminutio q̄ sunt ad quantitatē: ⁊ differūt in hoc quia vna fit ad quātitatē ꝓfectā ⁊ alia ad imperfectā. Tertio sciendū: ꝙ alteratio est mutatio ab vna cōtraria qualitate in aliā contrariā vel in mediā: ⁊ ponit mutatio loco generis ⁊ residuū ponitur ad differentiā aliorum motuū: quorū nullus fit ad qualitatē: ⁊ nō requiritur ꝙ q̄litates inter quas est alteratio sint contrarie ꝑm essentiam ⁊ speciem: sed sufficit ꝙ sint contrarie ꝑm ꝓfectū ⁊ imperfectū: ideo ibi ponitur vel in qualitatē mediā q̄ alique qualitates medie non contrariant extremis ꝑm speciem: ꝫ tantū ꝑm esse ꝓfectū vel imperfectū: ⁊ in aliquibus est contrarietas ꝑm speciem ut inter albedinem ⁊ medios colores.

¶Quarto sciendū: ꝙ loci mutatio est mutatio de vno loco ad aliū locū: ⁊ talis modus extrinsece terminatur ad locū: intrinsece vero terminatur ad vbi quod causatur a loco ideo talis motus reductiue est in p̄dicamento vbi: ⁊ per hoc differt ab aliis motibus. Et diuiditur in sex species. s. in motum: sursum: deorsum: ante: retro: dextrū: ⁊ sinistrū. Cuius ratio est quia motus diuiditur ꝑm diuisionem termini ad quē: sed vbi est terminus ad quē motus localis qui diuidit̄ per sursum ⁊ deorsum ⁊ sic de aliis: ergo motus localis cōuenienter diuiditur per has species ⁊ differentias. Vnde sursum ⁊ deorsum si capiantur ꝓ locis illis sunt in p̄dicamēto quantitatis: ⁊ si capiant̄ ꝓut dicunt rē in talibus locis esse sunt in p̄dicamento vbi. Sed si capiantur ut dicūt situationes in illis locis sunt differentie positionis ⁊ de p̄dicamēto situs ⁊ hoc vltimo mō nō sunt termini motus localis sed secūdo modo. Et ꝙ hoc patet q̄ ⁊ quot sunt ⁊ quomō diffiniuntur species motus. Sed cōtra predicta arguitur ꝓmo sic: omnis motus est continuus ⁊ diuisibilis cū in tēpore fiat: sed generatio nō est diuisibilis: sed fit in instanti: ⁊ similiter corruptio: ergo generatio ⁊ corruptio nō sūt species motus ⁊ sic ꝙ ꝓ̄s ille species male enumerant̄. Secūdo sic dū aqua generatur ex aere: est ibi generatio: ⁊ tū ipsa fit ab esse aque ad esse aeris: ergo male dicitur ꝙ generatio fit de nō esse ad esse. Tertio arguitur sic: in ebulitione lactis ē augmētatio: ⁊ tū ibi nō fit additamentū pexistenti quantitati ergo male diffinitur augmētatio. Quarto sic: mutatio de min⁹ albo ad magis albū est alteratio: ⁊ tamē nō fit mutatio de vna qualitate in aliā cōtrariā nec in mediam: quia albū ⁊ albus nō cōtrariant̄: ergo male ponitur diffinitio alterationis. Quinto sic: celū mouetur motu locali: ⁊ tū nō mutatur de vno loco in alium sed semp manet in eodē loco: ergo cōtra diffinitionē loci mutationis. Ad ꝓmū dicitur: ꝙ si motus capiatur specialiter ꝓ motu successiuo qui semꝫ fit inter terminos affirmatiuos sic omnis motus est diuisibilis ⁊ sic generatio ⁊ corruptio nō sunt mot⁹. sed si capiatur generaliter tm̄ ꝓ omni mutatiōe instantanea siue successiua sicut in ꝓposito capitur: sic generatio ⁊ corruptio bene sunt motus. Ad secundū dr: ꝙ cū aqua generatur ex aere: illa generatio fit ab esse aeris tanq̄ a termino extrinseco: sed a nō esse aque tanq̄ a termino intrinseco ⁊ ꝓprio a quo magis denominatur q̄ a termino extrinseco. Ad tertiū dr: ꝙ licet in tali augmētione q̄ fit ꝑ ebulitionē lactis vel ꝑ rarefactionē nō sit additamentū substantie: est tm̄ additamentū partiū quātitatis. Ad quartū dicitur: ꝙ licet minus albū ⁊ magis albū nō cōtrarient̄ ꝑm essentiā cū sint eiusdē speciei: tm̄ cōtrariantur ꝑm eē qualitatis ꝓfectū ⁊ impfectū: qđ sufficit ad motū. Ad quintū dr: ꝙ ꝫ celū ꝑm se totū nō moueat̄ ab vno loco in aliū: tm̄ mutat̄ ꝑm suas ꝑtes: et ideo sibi attribuit̄ mot⁹ localis.

¶Sequitur habere.

Habere autem dicitur multꝫ modis. ¶Primo habere aliquam qualitatem: ut disciplinam aut virtutem. Secūdo habere quantitatē ꝙ cōtingit ei qui habet magnitudinem: ut bicubitum tricubituꝫ. Tertio modo dicitur habere ea que circa corpus sunt: ut vestimentum vl' tunicam: aut in membro ut in manu anuluꝫ. ⁊ habitus illo tertio modo sumptus est vnum de predicamētis: ⁊ diffinitur sic. Habitus est corporum ⁊ eorum que circa corpus sunt adiacentia: ut armatio calciatio: et similiter figurantur nomina in alijs. ⁊ secundū adiacentiaꝫ istā hec dicuntur habere: illa vero haberi. Quarto autem modo habere membrum: ut manū aut pedem. Quinto habere cōtentum: ut lagena habere dicitur vinum aut modium grana tritici. Sexto habere possessionē: ut domos aut agrum. Septimo habere vrorem: et de hoc vltimo mō dicit Aristoteles ꝙ ille modus alienissim⁹ est in eo quod est habere: ⁊ dicit. modi alij a predictis apparebunt forte de eo quod ē habere. sed qui consueuerunt dici pene omnes enumerati sunt.

¶Postq̄ auctor determinauit de motu. Hic cōsequēter determinat de quinto postpredicamēto ⁊ vltimo. s. de habere ⁊ ratio ordinis est: q̄ motus valet ad cognoscendū quo accidentia a substantia causantur. hꝫ vero valet ad cognoscendū reductionē accidētiū ad substātiā. Et q̄ illa accidētia ꝓius causant̄ q̄ ad aliud reducantur: ideo cōuenienter determinatur de postpredicamēto habere post motum.

¶Primo sciēdū: ꝙ habere dupliciter accipitur. Vno mō generaliter ut se extendit ad omnes suos modos: ⁊ sic ponitur reductiue in diuersis p̄dicamētis: ⁊ hoc mō ponit̄ vnū postpredicamentū. Alio mō capit̄ spāliter soliū ꝓ tertio mō habere: ꝓut ē corporū ⁊ eorū q̄ circa corpus sunt adiacētia: ⁊ sic est vnū p̄dicamētū ab aliis distinctū: de quo pa⁹

determinatū est ⁊ hoc vltimo mō nō capit hic: sz ꝑmo mō ió cōuenienter ponit postpredicamētū. Secūdo sciēdū: q illius habere septē modi ponūtur in textu in his versib⁹ cōtenti. Affectū quātū vestitū nunc velut aurū. Membrū contētū possessio vir mulierē. Mō per affectū designat primus modus habere q̄ est habere qualitatē: qualitas.n. afficit substantiā ⁊ qualificat eā: ⁊ per quātū designatur scōus modus. s. habere quantitatē. ⁊ per vestitū designat tertius modus q̄ ē habere ea q̄ corpori adiacēt ꝑm totū ut tunica siue ꝑm ptē ut anulus aure⁹ in digito: ⁊ per mēbrū designatur quart⁹ modus q̄ ē habere mēbrū ut caput vel ptē integralē. per contētū designat quint⁹ modus qui est ut ꝓtinēs habet cōtentū ut lagena hz vinū ⁊ modū grana tritici. Et sextus mod⁹ designat per possessionē ⁊ per mulierē septim⁹ sz habere vxorē ⁊ per hoc pōt haberi ordo ⁊ numerus illorū modoꝝ. Tertio sciendū: q primus modus habere. s. hēre qualitatē reponit in predicamēto qualitat] reductiue q̄ tale habere dicit inherentiā qualitat] ad substātiā ⁊ talis inherētia ē eē illius qualitat]: ⁊ sīr secūd⁹ modus. s. habere quātitatē est in ꝑdicamēto quātitat]. Sz habere tertio modo ē ꝑdicamentū ab alijs distinctū ⁊ habē mēbrū siue partē integralē est reductiue in predicamēto substātie: q̄ dicit vnionē ptis in toto. Talis aūt vnio fit per formā substātialē. Sz habere cōtentū est in ꝑdicamento vbi q̄ tale habere dicit eē in loco ꝓtinēte. Et habere possessionē ē in ꝑdicamēto relatiōis: q̄ possessor dicitur correlatiue ad rē possessam tanq̄ ad correlatiuū ei⁹. Et similiter habere vxorē est in ꝑdicamēto relatiōis: cōiunct.n. dicit correlatiue ad coniugē ⁊ sunt relatiua equipantie. Et per hoc habet quomō habere ꝑm diuersos modos ei⁹ ponitur in diuersis ꝑdicamentis.

Quarto sciendū: q̄ istoꝝ nominū haberi sic pōt sufficientia: q̄ in oi modo hēri habēs ē ꝑncipiū habiti: vt ergo ē ꝑncipiū ei⁹ ꝑm naturā ⁊ voluntatē simul ⁊ sic ē quart⁹ modus sz habere mēbrū: mēbrū enī habet ꝑm naturā ⁊ ꝑm voluntatē applicatur ad operationē: vel ē principiū eius ꝑm naturā tm̄ vel ꝑm voluntatē tm̄. si primū hoc ē dupliciter vel est principiū alterius rōne materie ⁊ sic ē scōus modus: vel rōne formē ⁊ sic ē prim⁹ modus. Si scōm voluntatē tm̄ hoc ē duplicit: vel habēs habet tm̄: vel habet ⁊ habet. si scōm sic habetur septimus mod⁹. Si primū hoc ē dupliciter: vt habitus figuratur ad formā habēns vel nō: si scōm sic est sextus modus. Si primū hoc ē dupliciter: vel habēs circūdat habitū ⁊ sic ē quintus modus vel circundatur ab illo q̄ habetur ⁊ sic ē tertij mod⁹: ⁊ sic patet distinctio modoꝝ habere.

Sz cōtra predicta arg. primo sic: idē nō est predicamentū ⁊ postpredicamentū: q̄ oportet idē eē in diuersis ꝑdicamētis: ⁊ poni in vno tm̄: sz habere est vnū predicamētū: ergo male ponit vnū postpredicamētū. Secūdo sic: o ē q̄ diuiditur ē aliq̄ totū: sz habere nō est aliq̄ totū cū nō sit vnū: ergo male diuidit per septē modos. Tertio sic: omne habere mediat inter rē habentē ⁊ rē habitā: sz inter quātitatē ⁊ substātiam nihil mediat cū quātitas imediate insit substātie: ergo nihil dicitur habere quātitatē. Quarto sic: in omni modo habere hīs est principiū habiti sz possessor non est principiū rei possesse neq; vir respectu vxoris: ergo male ponunt sextus ⁊ septimus mod⁹ habere. Quinto sic: substātia dicit habere relationē actionē et passionē: ⁊ similiter genus dicitur habere speciē ⁊ qualitas habere cōtrariū: ⁊ tamen illi modi hic non enumerantur: ergo modi habere non sufficienter enumerātur hic. Ad primū dicitur: q̄ licet idē vnīuoce et eodē modo captū non sit predicamentū ⁊ postpredicamentū: tamē idē secundū vocē equiuoce acceptū potest esse predicamentū ⁊ postpredicamentū ⁊ sic est de habere ut dictū est. Ad secundū dicitur: q̄ licet habere non sit aliquod totū secundum rem: est tamen vnū totū secundū vocē: ideo bene diuiditur diuisione vocis in suas significationes. Ad tertiū dicitur: q̄ licet habere quantitatē non mediet realiter inter quantitatem ⁊ substantiā tanq̄ accidens realiter distinctū a quātitate: quia idem est realiter cum quantitate: tamē mediat secundū rationē ⁊ modū: quia dicit inherentiā quantitatis ad substātiā. Ad quartū dicitur: q̄ licet possessor in quantū relatiue dicitur ad rem possessam: ⁊ etiā vir respectu vxoris nō sit principiū. tamen secundū id quod ē: est aliquo modo ꝑncipium in genere cause finalis. possessio enī est propter possessorē: ⁊ vxor propter virū. Ad quintū dicitur: q̄ licet rē periantur plures modi habere q̄z illi septē: tamen alij ab illis sunt minus principales ⁊ minus vsitati: ⁊ sic sufficienter possunt cognosci per illos modos: ideo sufficienter enumerātur principaliores modi ipsius habere. Hec de tertio tractatu magistri Petri hispani dicta sufficiant.

Incipit tractat⁹ quartus de sillogismo simpliciter.

Lectio .1ª

Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicui⁹ ab aliquo. Terminus est in quē resoluit̄ proposicio ut in subiectum ⁊ predicatum.

Iste est tractatus quartus sūmularū magistri Petri hispani in quo post q̄z determinauit de ꝓtib⁹ remotis sillogismi sz de predicabilib⁹ ⁊ predicamētis: ⁊ de ꝓtibus propinquis ei⁹ sz de enunciatiōe siue ꝓpositione: consequēter determinat de ipso sillogismo siue de totali argumētatione: ⁊ q̄z vnumquodq̄z prius hēt cōsiderari ꝑm se q̄z ꝑ comparationē ad aliud. Ideo prius q̄z determinet ipse de sillogismo cōtractō ad materiā ꝓbabilē ⁊ sophisticā: qō fit in tractatu de locis ⁊ fallacijs ipse in presenti tractatu determinat de sillogismo simpliciter ⁊ ꝑm suā formā considerato sine contractione ad materiā. Ex quo p̄z q̄ sillogism⁹ simpliciter est subiectū in isto tractatu ⁊ q̄z res hēt cognosci per sua principia: iō ante q̄z diffinit sillogismū: prius determinat de aliquib⁹ principijs sillogismi: ⁊ primo de materialib⁹ q̄z de regulatiuis eius sz de propositiōe ⁊ termino. Primo sciendū q̄ propositio diffinitur sic. Propositio est oro affirmatiua vl negatiua alicui⁹ de aliquo: vel alicui⁹ ab aliquo: vbi ponit oro loco generis diffiniti. Deinde ponitur affirmatiua vel negatiua ad explicandū vnā differentiā cōuertibilē cū propositione: ⁊ licet affirmatiuū vel negatiuū sint mēbra diuidentia respectu ꝓpositionis: non tamē ponunt in hac diffinitiōe inquantū sunt diuidētia diffinitū: sz in quātū sunt nobis notiora ipso diffinito ⁊ explicāt differentiā propositionis secundū eē q̄ habet in suis speciēb⁹. Et dicitur alicui⁹ de aliquo. i. predicati de subiecto. ⁊ magis diffinit̄ per affirmatiuū ⁊ negatiuū que se tenent ex parte formē propositionis q̄z per vniuersale ⁊ particulare que se tenent ex ꝑte materie eō q̄ forma magis notificat esse rei: ⁊ diffinitio indicat esse rei. Scōo sciendū: q̄ propositio pōt dupliciter cōsiderari. Uno modo in quantū est signū cōcept⁹ mentis: vl nūcius nri intellectus ad exprimendū cōceptū ꝓplexū: ⁊ hoc modo hēt rōnē enunciatiōis ⁊ hoc modo sibi conuenit significare verū vel falsum respectu sui significati: et quia in primo tractatu cōsideratur sub rōne enūciationis ideo ibi diffinitur per verum ⁊ falsum. Alio modo consideratur ut est pars propinqua sillogismi ⁊ hoc modo cōsideratur in ꝑsenti loco: et quia per affirmationē ⁊ negationē que se tenēt ex parte formē enunciationis maxime habet variare sillogismū ideo conuenienter notificatur per affirmatiuū ⁊ negatiuū. Et sic patet quomodo diuersimode consideratur et diffinitur propositio hic ⁊ in primo tractatu. Tertio sciēdū: q̄ termin⁹ dicitur in quē resoluit̄ propositio ut in subiectū ⁊ predicatū. Cuius rō est: q̄ terminus est principium

materiale cõponẽs propositionẽ: dicitur enĩ terminus a terminando q̃ materialiter terminat ꝓpositionẽ: sꝫ vnũqꝺq̃ resoluitur in ea ex quib⁹ cõponitur: ergo propositio resoluitur per terminos tanꝯ in suas ptes iõ terminus bene dicitur in quẽ resoluitur ꝓpositio: ⁊ intelligitur de resolutiõe que fit in voces significatiuas ⁊ nõ de quacũq̃ resolutione: q̃ logicus solũ cõsiderat voces significatiuas ⁊ nõ habet cõsiderare litteras ⁊ sillabas que a grãmatico considerantur.

Quarto sciendũ: q̃ licet terminus sit principiũ ⁊ pars ꝓpositiõis tñ cõuenienter diffinitur post ꝓpositionẽ duplici de causa. ¶Prima causa est: q̃ in diffinitione termini ponit propositio: iõ ante diffinitionem termini oportet notificare ꝓpositionẽ ne per ignota ꝓcederetur. Secunda causa est: q̃ licet via cõpositionis pars ꝑcedat totũ et terminus propositionẽ tñ via resolutionis totũ est prius ꝓtibus suis: et quia hic cõsiderantur terminus ⁊ propositio secũdũ viam resolutionis q̃ diffinitur termin⁹ in quantũ ꝓtinet ad resolutionẽ ꝓpositiõis: iõ conuenienter sequitur ꝓpositionez: ⁊ quãuis sillogismus resoluatur per ꝓpositionẽ: q̃ tñ ipsa nõ diffinitur hic per sillogismũ: nec in quãtũ ẽ terminus resolutiõis sillogismi: iõ nõ oportuit primo diffinire sillogismũ q̃ propositionẽ ⁊ sic patet diffinitio ꝓpositionis ⁊ termini ⁊ ordo earũ. Sed cõtra predicta arguitur ꝓmo sic: cõclusio est oro affirmatiua alicuius de aliquo ⁊ tñ non ẽ ꝓpositio q̃ non ponitur pro aliquo. dicit enĩ. propositio q̃ si pro alio positio. i. pro cõclusione inferẽda: ergo ista diffinitio cõuenit alijs a diffinito. Secũdo sic: nullũ superi⁹ debet diffiniri per sua inferiora: sꝫ affirmatiuũ ⁊ negatiuũ sũt inferiora ꝓpositionis ergo male ponunt in diffinitione ei⁹

Tertio sic: hec ẽ ꝓpositio non hõ currit ⁊ tñ nõ est affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo quia nõ hõ non est aliq̃d ergo cõtra diffinitionẽ ꝓpositiõis. Quarto sic: ꝓpositio resoluitur per elemẽta ⁊ litteras ⁊ tñ littere ⁊ elemẽta nõ sunt termini ergo ista diffinitio nõ cõuenit soli termino. Quinto sic: ꝓpositio resoluitur per copulã verbalẽ ⁊ tamen copula verbalis nõ ẽ terminus: quia tũc in sillogismo eẽnt plures termini q̃ tres: maior patet q̃ propositio componitur ex copula verbali ergo resoluitur per ipsam.

Ad primũ dicitur: q̃ licet cõclusio non ponatur pro aliquo in actu tñ ponitur aptitudine q̃ sufficit ad hoc quod dicatur ꝓpositio. Ad secũdũ dicit: q̃ licet superius non debeat diffiniri per sua inferiora ea rõne qua sunt inferiora eius: tñ bene põt per ea diffiniri in quãtũ sunt ipõ diffinito notiora ⁊ ponunt ad circũloquendũ differentiã cõuertibilẽ sui supioris: ⁊ sic ponunt affirmatiuũ ⁊ negatiuũ in ista diffinitiõe. Ad tertiũ dicitur: q̃ si capiatur nõ hõ ut instrumentũ est sic nõ dicit aliq̃d nec est ibi propositio. Sed si capiatur ut virtute intellect⁹ determinetur ⁊ accipiatur pro aliq̃ finito utputa pro asino sic ibi aliq̃d de aliquo affirmat q̃ non hõ est aliq̃d. Ad quartum dicitur: q̃ licet ꝓpositio resolui possit in litteras ⁊ sillabas vel elemẽta tanꝯ in ꝓncipia vocis significatiue q̃ resolutio nõ cõsideratur a logico tñ non resoluitur in ipas tanꝯ in voces significatiuas: de qua resolutione hic intelligitur. Ad quintũ dicitur: q̃ resolutio habet proprie fieri in partes materiales que remanẽt resolutione facta ⁊ quia copula verbalis nõ ẽ pars materialis ꝓpositionis: ideo proprie non resoluitur per copulã verbalẽ: bene tamen si capiatur generaliter resolutio pro quacũq̃ diuisione totius in sua principia vel materialia vt formalia indifferenter ⁊ sic non capitur hic sed tantum pro resolutione in principia materialia quod explicatur cum dicitur in subiectum et predicatum.

¶ Dici de omni est quando nihil ẽ sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatuz ut omnis homo currit: hic cursus dicit de oi hoie ⁊ nihil est sub homie de quo non dicatur cursus. Dici de nullo est q̃n nihil est sub subiecto a quo non remouea tur predicatum ut nullus homo currit: hic cursus remouetur a quolibet homine.

¶Postq̃ auctor determinauit de principijs materialib⁹ sillogismi sc̃z de propositione ⁊ termino. Hic consequenter determinat de principijs regulatiuis eius: per que principia materialia sillogismi regulantur sc̃z dici de oi ⁊ dici de nullo. Et q̃ dici de nullo importat negationẽ: ⁊ dici de omni affirmationẽ: ideo prius determinat de dici de omni ipsum primo sic diffiniẽs. Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatum. Cuius rõ a est: quia in aliqua propositione est dici de omni quando p̃dicatũ affirmatur de subiecto distributo pro omnibus suis suppositis ut hic omnis homo est albus. Sed quãdo predicatũ vniuersaliter affirmatur de subiecto nihil sumit sub subiecto de quo non enunciet actualiter ⁊ affirmetur p̃dicatũ cũ dicatur de quolibet subiecto ei⁹ et affirmetur: iõ per predictã diffinitionẽ dici de omni conuenienter explicatur.

¶Primo sciendũ: q̃ dici de omni est conditio predicati in ordine ad subiectum quia dici seu predicari est conditio predicati et non subiecti ⁊ licet esse in toto siue distributum sit conditio subiecti quod distribuitur: tamẽ dici de omni siue predicari de distributo est conditio predicati: ⁊ per hoc differunt dici de omni ⁊ esse in toto eo q̃ dici de omni importat habitudinẽ predicati ad subiectũ ⁊ est conditio predicati: sed eẽ in toto est conditio subiecti in ordine ad predicatũ quia subiectũ est in predicato sicut pars subiectiua ẽ in suo toto vniuersali. Et similiter etiã dici de nullo in propositione vniuersali negatiua est conditio p̃dicati in ordie ad subiectũ. Secundo sciẽdum: q̃ duplex est dici de omni scilicet prioristicũ ⁊ posterioristicũ. ¶Posterioristicũ est: quãdo predicatũ secundũ rem dicitur de subiecto et sibi conuenit pro quolibet suo supposito ⁊ pro qualibet differentia temporis ut hic homo est animal: ⁊ ideo ad tale dici de omni requiritur duplex vniuersalitas scilicet suppositoꝝ ⁊ temporꝝ. Sed dici de omni prioristicũ: est quando in aliqua propositione predicatũ secundũ modũ enunciandi affirmatur de subiecto pro quolibet suo supposito: ut hic omnis homo est albus et nõ requiritur ad ipsum vniuersalitas suppositoꝝ vel temporꝝ secundũ rẽ: sed sufficit q̃ in modo enunciandi sit vniuersalitas suppositoꝝ de quibus predicatũ affirmat ⁊ de isto dici de omni est solũ hic ad propositũ ⁊ non de primo: quia ipsum est regulatiuũ sillogismoꝝ affirmatiuorum et aliud non. Tertio sciendũ: q̃ dici de nullo est quando nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatũ ut nullus homo currit: rõ est: quia in aliqua propositione est dici de nullo quãdo predicatũ negatur de subiecto distributo per signũ vniuersale pro omnibus suis suppositis: ⁊ quando nulli supposito inest. Sed quando negat taliter de subiecto nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatũ secundũ modũ enunciandi: ideo bene diffinitur dici de nullo quando nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatũ. Quarto sciendũ q̃ dici de omni ⁊ dici de nullo sunt hoc modo principia regulatiua sillogismoꝝ: quia per dici de omni intelligitur ista maxima: quicquid dicitur de subiecto distributo dicitur etiam de quolibet supposito eius sumpto sub ipso per quam possunt probari omnes sillogismi affirmatiui: ut facto sillogismo omne animal currit: omnis homo est animal: ergo omnis homo currit: ibi currit in maiori dicitur de animali distributo: ergo affirmatur de quolibet supposito animal. sed homo in minori sumitur sub animali: ergo currit de homine predicabitur. ⁊ similiter per dici de nullo intelligit ista maxima. quicquid negatur de subiecto distributo: negatur de quolibet supposito eius: ⁊ per illam probantur similiter sillogismi negatiui sicut affirmatiui per aliã. Vnde omnes sillogismi perfecti qui sunt directe concludentes in prima figura directe regulantur per dici de omni ⁊ dici de nullo. sed alij sillogismi imperfecti regulantur indirecte et ex cõsequẽti in quantum reducũtur ad sillogismos perfectos. Cõtra predicta arguitur primo sic: in ista propositione homo

est animal: nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicatur predicatū; ꝛ tamen ibi non est dici de omni: ergo cōtra diffinitionē eius. Secundo sic: in ista propositione: omnis homo currit: aliquid est sumere sub subiecto de quo nō dicitur predicatū: quia ibi currit non predicatur de antixpo vel de adam: ergo male dicitur ꝙ dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat predicatum.

Tertio sic: in ista: omnis equus currit: est dici de omni et tamen est aliquid sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatū: quia potest sumi pes vt caput equi: de quo tamē non dicitur cursus: ergo contra diffinitionem. Quarto sic: in ista sortes non currit: nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur predicatū: et tamen ibi non est dici ō nullo: ergo diffinitio eius cōuenit alijs a diffinito. Quinto sic. nulla regula ingreditur regulatū vel est de cōpositione eius: sed dici de omni ꝛ dici de nullo ingrediuntur compositionē sillogismi: quia in omni propositione vniuersali affirmatiua est dici de omni: ꝛ in vniuersali negatiua est dici de nullo: ergo ipsa non sunt principia regulatiua sillogismorum. Ad primum dicitur: ꝙ licet in ista homo est animal: nihil sit sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatū secundū rem ꝛ in aptitudine: non tamen dicitur secundū modū enunciandi: ꝛ in actu de quolibet supposito subiecti: ideo ibi non est dici de omni proprie. Ad secundū dicitur: ꝙ in ista omnis homo currit: homo solum distribuitur pro hominibus presentibus ad quos restringitur ratione illius verbi presentis temporis currit ꝛ de illis non est aliquid accipere de quo non dicatur predicatum. Vnde adā et antixps non continentur sub homine ibi distributo. Ad tertiū dicitur: ꝙ licet pes equi possit sumi sub equo tanq̄ pars integralis eius: nō tn̄ tanq̄ pars subiectiua eius ꝛ tanq̄ suppositū eius: de qua sumptione solū est hic ad propositū. Ad quartū dicitur: ꝙ ad dici de nullo presupponit ꝙ possit aliquid sumi sub subiecto: et ꝙ ō quolibet sumpto sub eo remoueatur predicatū: modo sub sorte simpliciter nihil est subsumere eo ꝙ non habet suppositā: ideo in illa propositione: sortes non currit non est dici de nullo. Ad quintū dicitur: ꝙ licet dici de omni et dici de nullo per accidens ingrediantur compositionē sillogismi tanq̄ dispositiones materie eius: non tamen ingrediuntur per se tanq̄ partes materiales cōponentes sillogismū. Et non est inconueniens ꝙ regula alicuius virtualiter vel per accidens ingrediatur compositionem ipsius.

¶ Capitulū de sillogismo.

Sillogism⁹ est oratio in qua quibusdam positis ꝛ concessis necesse est aliud euenire per ea que posita sūt: ut omne animal est substātia: omnis homo est animal: ergo ōmnis homo est substantia: hoc totum est oratio quedam in qua quibusdam positis idest duabus premissis propositionibus necesse est per illas sequi aliud idest conclusionem.

Postq̄ auctor determinauit de principijs sillogismi materialibus ꝛ effectiuis. s. de principijs regulatiuis. Hic consequenter determinat de ipso sillogismo ipsum primo sic diffiniens. Sillogismus est oro in qua quibusdā positis ꝛ concessis necesse est aliud euenire per ea que posita sunt ꝛ concessa. In qua diffinitione ponitur oratio loco generis. Deinde ponitur in qua quibusdā ad differentiā entumemat]: in quo licet sint due premisse virtualiter ꝛ scōm intellectū tn̄ est vna formaliter: et in sillogismo debēt eē plures formaliter. Deinde ponit positis idest dispositis in modo et figura ad differentiā inductionis ꝛ exēpli ꝛ aliarū cōbinationū inutiliū vbi propositiones non disponuntur in modo. Deinde ponitur necesse ē accidere idest sequi ad differentiā galogismorū fallaciae accidētis vbi cōclusio non sequit de necessitate. Ponit aliud ad differentiā petitionis principij vbi cōclusio non est alia a premissis. Et ponitur per ea que posita sunt ad differentiā galogismoꝝ secundū non causam ut causam vbi cōclusio nō sequit propter premissas positas.

Primo sciendū: ꝙ licet sillogismus non sit oro simplicit vna et cathegorica: est tamē vna hipotetica propositio. Et dicitur vna propositio propter tres causas. Primo propter vnitatē medij in quo due extremitates vniunt ꝛ conueniunt due premisse: ꝛ illud rationē hēt efficiētis respectu illationis cōclusionis. Secūdo propter vnitatē forme: quia duarū premissarū minor est cōtrahēs ꝛ determinās respectu maioris: ideo habēt vnitatē ille due pmisse per modū actus ꝛ potentie ratione talis dispositionis. Tertio propter vnitatē finis: qr ille due ordinātur ad eandē cōclusionē inferēdā. ꝛ ideo q̄uis non semp vniantur per coniūctionē mediā formaliter: tn̄ virtualiter possunt vniri propter causas pdictas. Secūdo sciendū: ꝙ in argumentatione duplex reperitur necessitas. s. necessitas cōsequentie ꝛ consequētis. Necessitas cōsequentie est necessitas illationis q̄ prouenit necessario ex necessaria habitudine antecedentis ad consequēs per hoc ꝙ consequēs in antecedente includitur. ideo posito antecedēte necesse est ponere cōsequēs: siue ātecedēs sit vnū siue nō. Sed necessitas cōsequētis est necessitas propositionis prueniēs ex necessaria habitudine suoꝝ extremoꝝ: ut hic homo est risibilis: vel homo est animal. Et q̄nq̄ dicit causalitatē antecedētis supra cōsequēs: ꝛ in ista diffinitione non intelligitur de necessitate cōsequētis sic ꝙ cōclusio sit necessaria: sed solū de necessitate cōsequētie sic: ꝙ conclusio sequatur necessario. Tertio sciendū: ꝙ conclusio sillogismi non est de essentia sillogismi. ꝛ rō est: qr illud nō ē de eēntia alterius quo remoto alterū remanet pfectū ꝛ cōpletū in sua specie: ꝛ cōclusione remota remanet sillogismus pfectus in specie: qr remanet in determinato modo ꝛ determinata: cū ibi sit dispositio triū terminoꝝ in figura et duarum premissarū in modo: ergo cōclusio nō est de eēntia eius: iō in ista diffinitione cōuenienter ponitur aliud: ꝛ dato ꝙ cōclusio non eēt alia a toto sillogismo: esset tamen alia a premissis: ideo in sillogismo ex premissis positis sequitur aliud ab ipsis. Quarto sciendū ꝙ sillogismus diuidit per perfectū ꝛ imperfectū. Sillogismus perfectus est qui habet euidentē necessitatē cōcludēdi sicut sunt quattuor modi directe concludētes in prima figura vbi sillogismus habet euidētē necessitatē sue illatiōis. Sed sillogismus impfectus est q̄ nō habet euidētē necessitatē sue illationis: ꝛ ille sit euidens per hoc quod reducit ad modos euidētes prime figure sic sunt oēs alij a quattuor primis modis pme figure ꝛ tamē in omnibus iſtis sequitur conclusio de necessitate: licet nō euidenter iō predicta diffinitio sillogismi cōuenit tam sillogismo pfecto q̄ imperfecto ꝛ per hoc patet ꝙ est sufficiens.

Contra predicta arguitur primo sic: nullus motus rationis vel discursus intellect⁹ est oro cum nō sit vox: sed sillogismus est discursus intellectus: ergo male dicitur ꝙ sillogismus est oro. Secūdo sic: ad sillogismū simpliciter nō requiritur ꝙ premisse concedant: quia siue cōcedantur siue nō conclusio sequitur necessario: ergo male ponit in textu positis et concessis. Tertio sic: cōclusio in materia cōuenit cū premissis: qr includit ambas extremitates ꝛ etiam conuenit in forma cū ipis. s. in copula verbali: ergo non est alia a premissis: ergo male ponit ꝙ in sillogismo de necessitate sequitur aliud. Quarto sic: illud quod accidit nō sequitur de necessitate cum possit adesse vel abeē: sed cōclusio sequitur de necessitate in sillogismis: ergo non est necesse eam accidere per ea que posita sunt. Quinto sic: omnis sillogismus necessario infert suā conclusionē: ꝛ omnes sillogismi habēt equaliter necessitatē cōcludendi: ergo ōmnes sillogismi sunt pfecti ergo male diuiditur sillogismus ꝑ perfectū ꝛ imperfectū. Ad primū dicitur: ꝙ sillogism⁹ non est formaliter discursus interior intellectus: sed solum vox completa significans illum interiorem discursum qui fit in intellectu ideo bene dicitur ꝙ est oratio. Aliquando

ta mẽ capitur pro illo discursu capiendo significatum pro signo sed sic non capitur in proposito. Ad secundũ dicit: q licet ad sillogismũ simpliciter non requiratur q premisse concedant q ille abstrahit a materia vera vl falsa: tamẽ requirit ad sillogismũ dyaleticũ: et q Petrus hispan⁹ hãc diffinitionẽ sumpsit a Boecio diffiniente in thopicis sillogismũ dyaleticũ: ideo hic dimisit positis ⁊ concessis in ista diffinitione: quia q̃uis hoc non requiratur ad sillogismuz in cõmuni: tamen sibi non repugnat. Ad tertiũ dicitur q licet conclusio secundũ partẽ cõueniat materialiter cum premissis differt tamẽ formaliter ab ipis cũ ibi sit alia habitudo predicati ad subicatũ et ex consequenti alia compositio eozundẽ quam in premissis: licet enim copula verbalis secundũ se maneat eadẽ tñ cõpositio eius variat̃ per variationẽ habitudinis extremoz. Ad quartũ dicit̃: q si capiatur accidit prout contingẽter euenit sic cõclusio non accidit de necessitate ex premissis: sed si capiatur accidit prout tñ valet sicut sequitur illo modo cõclusio bene accidit et sic accipitur hic. Ad quintũ dicitur: q licet omnes sillogismi sint perfecti quantũ ad necessitatẽ eoz et q̃ ad eẽ non tñ quo ad euidentiã necessitatis sue et quo ad bene esse.

Omnis autem sillogismus cõstat ex tribus terminis ⁊ duabus propositionibus. Quarum propositionum prima vocatur maior propositio secunda vero minor. Ex tribus autẽ terminis nõ possunt due propositiones fieri nisi alter illorum sumatur bis: ⁊ tunc aut iste terminus subijcietur in vna propositione ⁊ predicabitur in alia: aut subijcietur in vtraq3 aut predicabitur in vtraq3. Horum autem terminorum: alter vocatur medium alter maior extremitas, alius minor extremitas. Medius est terminus bis sumptus ante conclusionez maior extremitas est terminus sumptus i maiori propositione cum medio, minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio.

Postq̃ auctor determinauit de sillogismo. Hic consequenter ostendit que ⁊ quot principia requirantur ad constitutionẽ eius. ⁊ quia materia via generatiõis precedit formam: ideo anteq̃ ostendat que principia formalia requirãtur ad sillogismum prius ostendit que principia materialia requiruntur ad constitutionẽ eius, sicut enim in sillogismo est duplex forma, scilicet remota siue cõmunis que est figura ⁊ propinqua, scilicet modus sic est ibi duplex materia scilicet propinqua ⁊ remota. remota ut sunt tres termini correspondentes figure. ⁊ propinqua scilicet due propositiones que correspondent ipsi modo: quia modus dicit ordinationem propositionum sicut figura terminorum. Primo sciendũ q in omni sillogismo requiruntur tres termini ad cõpositionẽ ei⁹ cuius ratio est quia in omni sillogismo ostẽditur vnio siue separatio duoz terminoz in conclusione q̃ talis vnio vel separatio non potest ostendi per terminos cõclusionis quia sic idem probaretur per se ipsum ergo preter illos terminos requiritur tertius terminus ad ostendendũ talem vnionem vel separationẽ ergo omnis sillogismus cõstat ex tribus terminis: ⁊ quia ad vnitatem sillogismi requiritur vnitas conclusionis quia ab ipsa sillogismus dicitur vnus ideo tantum in sillogismo requiruntur due extremitates ⁊ vnum medium per quod probatur vnio vel separatio illarum extremitatũ ⁊ per hoc patet q omnis sillogismus resoluitur per tres terminos cum ex tribus terminis componatur. Secundo sciendũ q isti tres termini vocãtur mediũ. maior extremitas. ⁊ minor extremitas vnde medium dicitur terminus bis sumpt⁹ ante conclusionẽ. ⁊ hõ ẽ quia extremitates in sillogismo vniuntur in cõclusione propter vnionẽ earũ in premissis cũ medio. sed mediũ in vna acceptione soluz vnitur cum vna extremitate: ergo ad hoc q vniatur cum duabus extremitatibus vl extremitates cũ ipso oportet q bis sumatur ideo mediuz bis sumitur ante conclusionem. Sed maior extremitas est terminus sumpt⁹ in maiori propositione cum termino medio: ⁊ dicitur maior extremitas quia semper sub se continet minorẽ extremitatem eo q in conclusione directa semper est predicatũ respectu minoris: ⁊ quandoq3 etiam continet mediũ cum minori extremitate ut in prima figura ⁊ tertia: ⁊ se habet per modum totius respectu eozum. modo totum est maius sua parte. Sed minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio: ⁊ dicitur minor respectu maioris in qua continetur sicut pars in toto. Tertio sciendum q dupliciter dicatur medium in sillogismis quandoq3 enim dicitur medium coniunctione eo q ipsum est vnituum extremitatũ in conclusione ⁊ hoc modo reperitur mediũ in qualibet figura. Alio modo dicitur mediũ positione quando scz secundũ suã subiectionem ⁊ predicationẽ ponitur inter duas extremitates ut quãdo subijcitur maiori extremitati ⁊ predicatur de minori: ut est in prima figura tũc dicitur medium positione: ⁊ solũ tale mediũ positione reperitur in prima figura. in alijs autem solum est mediũ coniunctione: et de vtroq3 medio intelligitur predicta diffinitio medij q est termin⁹ bis sumptus ante cõclusionẽ. Quarto sciendũ q omnis sillogismus constat ex duabus propositionib⁹. cuius ratio est quia in sillogismo ut dictũ est ostẽditur vnio extremitatũ inter se in conclusione: propter vnitatem earum cum medio: sed non potest ostendi vnio illarum cum medio: nisi sint due propositiones: ⁊ nisi medium bis sumatur: ideo in omni sillogismo due premisse requirũtur: et etiam solũ due: eo q ista vnio extremitatũ cum medio cum duabus premissis sufficit ad ostendendũ vnionem extremitatum inter ses ⁊ harum propositionũ prima dicitur maior ⁊ secunda minor. ⁊ ratio est: quia secunda se habet sicut contrahens ⁊ determinans maiorem: ⁊ quodãmodo est pars prime premisse. Sed contrahens ⁊ determinans se habet in minus q̃ illud quod contrahitur: ⁊ etiã pars respectu totius ratione cuius secũda premissa cõuenienter dicitur minor ⁊ per hoc patet que ⁊ quot principia materialia requirũtur in cõpositione sillogismi. Contra predicta arguitur primo sic: in qualibet propositiõe sunt duo termini: sed in sillogismo sunt due propositiões: ergo in qualibet sillogismo sunt quattuor termini ⁊ nõ tantũ tres. Secundo sic: in sillogismo ex oppositis tantũ sunt duo termini ut hic omnis hõ currit: nullus homo currit: ergo nullus hõ ẽ homo. ergo male dicitur q in omni sillogismo sunt tres termini. Tertio sic: in omni sillogismo sunt due premisse cũ vna conclusione: sed conclusio est vna propositio: ergo sillogismus nõ cõstat ex duab⁹ propositiõibus tantũ: ⁊ ex trib⁹.

Quarto sic: ois terminus est aliq̃ extremũ q dicitur a terminãdo: ergo nullus terminus est mediũ: ergo terminorũ sillogismi nullus dicit̃ medius. Quinto sic: in eadem propositione non potest bis sumi idẽ terminus cũ alio termino: sed sillogismus est vna propositio ⁊ vna oõ ut dictuz est prius: ergo in eo mediũ non bis sumit̃ ante cõclusionẽ.

Ad primũ dicitur q licet in duabus propositiõib⁹ semper sint quattuor termini secundũ numerũ: tñ sunt tãtum tres secundũ speciẽ: q idẽ terminus scz medius sub eadẽ ratione sumitur in duabus premissis: iõ est idẽ terminus secũdũ speciẽ ⁊ rationẽ. Ad secundũ dicit̃ q licet in sillogismo ex oppositis tantũ sint duo termini materialiter. sunt tamẽ tres formaliter: quia vnus terminus habet rõnẽ maioris ⁊ minoris extremitatũ qui de se ipso negatur in cõclusione. Ad tertiũ dicit̃ q licet cõclusio sit propositio tamẽ ipsa nõ est de essentia sillogismi: sed tantũ ut ẽ premisse ideo in ipso nõ sunt tres propositiones. Ad quartũ di:

q licet mediū hēat rōnē extremi respectu p̄missarū q̄s terminat tñ respectu extremitatū quas cōiūgit: vel inter quas ponitur cōuenienter dicitur mediū: ideo respectu vtriusq; dicitur terminus ⁊ mediū. Ad quintū dicat q licet sillogismus sit vna propositio hipothetica: tñ includit plures categoricas in quib⁹ mediū bis sumit. et hoc sufficit.

¶ Ad sillogismum autem exigitur modus ⁊ figura. Figura est ordinatio trium terminorū secundū subiectionē ⁊ predicationē. Hec autem ordinatio fit tripliciter ut dictū est ⁊ secundū hoc sunt tres figure. Prima figura est quādo illud quod subiicitur in prima propositione predicatur in secunda ut omne animal est substantia omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Secunda figura est q̄n idem predicatur in vtraq; ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. Tertia figura est quando idem subiicitur in vtraq;: ut omnis homo est animal. omnis homo ē risibilis ergo quoddam risibile ē animal vnde versus. Prima prius medium subiicit post predicat ipsum. Altera bis dicit tertia bis subiicit. Aliter sub pre p̄ma secunda pre bis sed tertia sub bis. Modus est ordinatio duarum propositionum in debita qualitate ⁊ quantitate.

Post q̄ auctor superius ostendit que et quot principia materialia requirantur ad formationē sillogismi. hic consequenter ostendit que principia formalia ad ipsum requirantur dicens q ad sillogismū requiruntur duo principia formalia scilicet modus ⁊ figura: ⁊ quia modus ē forma specialis sillogismi. figura vero forma cōmunis: ideo prius determinat de figura q̄z de modo ipsam primo sic diffiniens. figura est ordinatio trium terminorum secundū subiectionem ⁊ predicationē. ⁊ ponitur ibi ordinatio loco generis. ordinatio enim conuenit tā figure q̄z modo. ⁊ dicitur triu⁹ terminorum ad differentiam modi qui est ordinatio duarū propositionū: ⁊ dicitur secundū subiectionem ⁊ predicationem ad indicandū qualiter fit illa ordinatio trium terminorum. vnde talis ordinatio trium terminorū non dicitur figura capiendo figurā proprie ut est terminatio quantitatis: sed secundū similitudinē ⁊ per similitudinē ad figuram trianguli: sicut enim in triangulo sunt linee que coniungūtur tribus angulis: sic in sillogismo due propositiones coniūgūtur trib⁹ terminis. Primo sciendū q sunt tantum tres figure sillogismorum cuius ratio est quia figura est ordinatio trium terminorum scilicet medij ⁊ duarū extremitatū vel ergo tale mediū subiicitur maiori extremitati ⁊ predicatur de minori ⁊ sic est prima figura. vel p̄dicatur de vtraq; ⁊ sic est secunda figura. vel subiicitur vtriq; ⁊ sic est tertia figura. ⁊ per hoc habentur diffinitiones trium figurarum. vnde prima figura est quando illud quod subiicitur in maiori predicatur in minori propositione. Secunda vero ē q̄n idem predicatur in vtraq;. Tertia vero q̄n idē subiicitur in vtraq; ⁊ ordinatur sic. q̄z mediū q̄z subiicitur in vna ⁊ predicatur in alia est mediū positione ⁊ cōiunctione simul: ió est verius mediū q̄z illud quod subiicit vel predicatur tñ ⁊ iterū q̄z semp predicatur cōiungit extremitates vniuersaliter ⁊ non particulariter sicut quādo subiicitur ideo cōuenienter ponitur secūda figura in qua mediū predicatur in vtraq; propositione. figure enim ordinantur secundū maiorem vel minorē perfectionē sui medij. Secundo sciendū q licet sit vna figura in qua mediū subiicitur in maiori ⁊ predicatur in minori: tamen non potest esse figura in qua mediū predicetur in maiori propositione ⁊ subiciat in minori. ⁊ ratio est q̄z si mediū predicaretur in maiori propositione: haberet rationē totius respectu maioris. ⁊ si subiceretur in minori haberet rationē partis respectu minoris: et quia maior extremitas se habet ut totū respectu minoris: si tale medium sit totū respectu maioris: erit totum respectu minoris extremitatis: ⁊ sic erit totum ⁊ pars inferius: et superius maius ⁊ minus respectu minoris extremitat]: q̄z hoc est impossibile: ideo talis dispositio figure est impossibilis. ideo non est ponenda quarta figura sicut posuit Galienus licet medium quandoq; in prima propositione predicet: ⁊ in secunda subiiciatur: tamen secundū rem secūda propositio est maior: quia predicatū eius continet mediū ⁊ minorem extremitatē: ideo in ea sumitur maior extremitas cum medio: ⁊ ibi est dispositio p̄me figure: sed est trāspositio premissarū. Tertio sciendū q modus est ordinatio duarum propositionū in debita qualitate ⁊ quantitate: ⁊ ponitur ordinatio loco generis. ⁊ ponitur duarū propositionum ad differentiā figure: que est ordinatio trium terminorum. ⁊ ponitur in debita qualitate ⁊ quantitate ad differentiā cōbinationū inutiliū in quibus non est debita qualitas ⁊ quātitas. vnde cōbinatio inutilis est ordinatio duarū propositionū ex quibus non sequitur formaliter aliqua conclusio: sicut quando ambe sunt particulares: vl ambe negatiue talis combinatio dicitur inutilis: quia nō valet ad aliquid cōcludendū: ⁊ licet in ea sit dispositio figure: tamē ibi nō ē debita ordinatio propositionū: ideo nō est modus. Quarto sciendū q debita quantitas est q si vna est particularis reliqua sit vniuersalis. ⁊ ratio est quia ex puris particularibus nihil sequit: ideo si vna est particularis alia oportet esse vniuersalē: non tamen oportet econtra si vna sit vniuersalis q alia sit particularis. ambe enī possunt simł esse vniuersales. Sed debita qualitas est q si vna sit negatiua reliqua sit affirmatiua: ⁊ hō est q̄z ex puris negatiuis nihil sequitur: ⁊ non econtra: si vna sit affirmatiua reliqua erit negatiua: quia ex puris affirmatiuis potest fieri bonus sillogism⁹ ⁊ per hoc patet que et quot sunt principia formalia ad sillogismū requisita. Sed contra predicta arguitur primo sic: ordinatio est quedā actio cū ordinare sit agere: sed figura non est actio ergo male dicitur q est ordinatio. Secūdo sic: in hac propositiōe animal rōnale est hō est ordinatio triū terminorum secundū subiectionē ⁊ predicationē: ⁊ tñ ibi non est aliqua figura: quod probaretur inducendo in oībus figuris: ergo diffinitio figure q̄uenit alijs a diffinito. Tertio sic: illud quod predicatur de vtraq; extremitate ponit super ambas extremitates. sed illud quod subiicitur in vtraq; est inferius ad ipsas: ergo nullū tale est mediū: ergo non est vna figura in qua mediū predicetur in vtraq; vel subiiciatur in vtraq;. Quarto sic: impossibile est modus: et tamen non est ordinatio duarū propositionum: ergo cōtra diffinitionē modi. Quinto sic: quando ambe premisse sunt vniuersales affirmatiue in secūda figura: est ordinatio duarū propositionū in debita qualitate ⁊ quantitate: tamē non est modus: ergo diffinitio modi conuenit alijs a diffinito. Ad primum dicitur: q si capiatur ordinatio actiue p actione ordinantis: sic est actio. sed si formaliter capiat pro dispositione formali terminorum: sic non est actio. et hoc modo solū figura est ordinatio. Ad secundū dicitur: q licet in illa propositione animal rationale est homo sit secundū rem ordinatio triū terminorum: tamen non ordinant⁹ per modū trium: sed per modum duorum: quia animal ⁊ rationale se habent per modum vnius termini tantum: et ad figuram requiritur q ordinentur tres termini secundū modum trium terminorum. Ad tertium dicitur: q licet illud quod predicatur de vtraq; extremitate non sit mediū positione eo q est superius positione tamen bene est medi-

um coniunctione respectu extremitatū. et etiā quod subijcitur in vtraq; est mediū coniunctione licet sit inferius positione. Ad quartū dicitur q; si capiatur modus ut est adiacens rei determinatio sic impossibile est modus. ꝫ si capiatur pro formali dispositione propositionū sicut solū in proposito capitur sic non est modus. Ad quintū dr̄ q; quando ambe sunt vniuersales affirmatiue in secunda figura licet ibi sit qualitas debita ad modū in communi tamen ibi non est debita qualitas ad modum secūde figure. et ad hoc q; sit modus in aliqua figura ibi requiritur d̄bita qualitas ⁊ quantitas secundum exigentiam figure: ideo illi dispositioni non conuenit diffinitio modi.

¶ Unde dantur tales regule vniuersales ad quālibet figuram. Ex puris particularibus indefinitis vel singularibus nō potest fieri sillogismus: vnde oportet alterā premissarum esse vniuersalem vel vtrāq;. Item ex puris negatiuis in nulla figura potest fieri sillogismus vnde oportet alteram premissarum esse affirmatiuā. Itē si aliqua premissarum est particularis cōclusio debet esse particularis ⁊ econuerso. Item si aliqua premissarum est negatiua conclusio erit negatiua ⁊ econuerso. Itē medium nunq; debet poni in conclusione.

¶ Postq; auctor determinauit de modo ⁊ figura in generali que sunt principia formalia sillogismorum. Hic consequenter ponit alias regulas que sunt generales cuilibet figure: quarū prima est. q; ex puris particularib⁹ vel indefinitis non potest fieri sillogismus. Cuius regule tres sunt rationes quarū prima est quia omnis bonus sillogismus regulatur per dici de omni vel dici de nullo: sed cū ambe premisse sunt particulares ibi nō est dici de oi vel dici de nullo cum ibi nō sit propositio vniuersalis: ergo talis dispositio ē inutilis. Secūda causa est quia propter vnionē extremitatū cū medio pro diuersis partibus medij nō sequit vnio extremitatū inter se gratia forme licet aliquādo fiat hoc gratia materie: sed quādo ambe premisse sunt particulares extremitates possunt vniri cū medio pro diuīsis partibus ut hic quoddā animal est equus. quidā homo est animal: ergo homo est equus ibi homo et equus vniunt cū animali pro diuersis ptibus eius. ideo non sequit vnio illarū extremitatū inter se. Tertia causa est. quia arguēdo ex puris particularibus vel indefinitis possunt reperiri termini in q̄bus omnis in quibus nulli: ergo talis cōbinatio est inutilis. q; autē sit reperire terminos in quibus omni ⁊ in quibus nulli alias videbitur. et nunc causa breuitatis relinquitur: ergo ex puris ꝑticularibus siue indefinitis non fit bonus sillogismus.

¶ Primo sciendū q; secunda regula est q; ex puris negatiuis in nulla figura fit bonus sillogismus. sed oportet alterā premissarū esse affirmatiuā vel ambas. Cuius sunt due rationes. prima est quia propter separationem aliquor extremorū ab aliquo tertio non sequitur vnio vel separatio eorum inter se sicut propter separationē hominis ⁊ risibilis a lapide non sequitur vnio vl̄ separatio hominis ⁊ risibilis ad inuicem. Sed quando ambe premisse sunt negatiue denotatur ibi separatio duarū extremitatū ab vno tertio: ergo nō sequitur vnio vel separatio duarū extremitatū inter se ideo ex puris negatiuis nunq; formaliter sequitur aliqua cōclusio nec in aliqua figura potest fieri bonus sillogismus. Secunda ratio est: quia arguendo ex puris negatiuis possunt reperiri termini in quibus omni: ⁊ in quibus nulli. termini in quibus omni sunt: ut animal lapis equꝰ. termini in quibus nulli ut equꝰ hō lapis: ergo nihil sequitur formaliter ex puris negatiuis. ⁊ hec est probatio generalis quā dat Aristoteles ad omnes combinationes inutiles: de qua posteri⁹ videbitur. Secundo sciēdū q; secunda regula est q; si aliqua premissarū fuerit particularis cōclusio erit particularis. Cuius rō est q; extremitates sillogismi vniunt in conclusione virtute vnionis earū cū medio in p̄missis. Sed cū aliqua premissarū est particularis ⁊ alia vniuersalis: extremitates vniuntur in medio ꝑticulariter tm̄: q; quāuis una vniatur vl̄ter cū medio: alia tm̄ vnitur ꝑticulariter solū cū ipso medio ⁊ cū alia extremitate: ergo tales extremitates solū particulariter in cōclusione debēt vniri: vnde in tali dispositōe premissa vlis ⁊ premissa particularis se habēt sicut causa vlis ⁊ causa ꝑticularis in naturalib⁹: ꝫ effect⁹ in naturalibus magis similat̄ cause ꝑticulari q̄z cause vlī: ut hō generans magis assimilat̄ hoi generāti q̄z sol: q; sol est vl̄ generans: ergo similiter in predictis cōclusio debet magis assimilari premisse ꝑticulari q̄z vlī. Tertio sciendū q; quarta regula talis est q; si aliqua premissarum fuerit negatiua cōclusio debet esse negatiua. Cuiꝰ rō est q; vnio vel separatio extremitatū in cōclusione sequitur ꝓpter separationē vel vnionē earū in premissis. sed quādo vna premissarū est affirmatiua: ⁊ alia negatiua: que extremitates separant̄ ab inuicē per hoc q; vna cōungitur cū medio a quo alia separatur in premissa negatiua: ergo oportet ipsas extremitates separari ab inuicē in cōclusiōe: ergo quādocūq; aliqua premissarū est negatiua oportet conclusiones esse negatiuam.

Quarto sciendū q; quinta regula talis est q; mediū nū q̄z debet poni in conclusione. Cuius sunt due rationes. Prima ratio est: quia vel poneretur cū maiore extremitate ⁊ tūc cōclusio nō differret a maiore premissa: vl̄ poneretur cū minore extremitate: ⁊ tūc cōclusio nō differret a minore proportione: ⁊ sic vtroq; modo non esset alia a premissis: quod est cōtra rationē sillogismi: igit̄ mediū non debet poni in conclusione. Secunda ratio est: quia in omni sillogismo debet concludi vnio vel separatio extremitatū inter se: cum ille sit finis sillogismi. sed si mediū poneretur in cōclusione denotaretur vnio vel separatio medij ab aliqua extremitate: ⁊ non extremitatum inter se: ergo non haberetur finis sillogismi. ⁊ per consequens non debite fieret sillogismꝰ ⁊ in hoc patent regule sillogismor⁹ generales omnibus figuris. Contra predicta arguitur primo sic: bene sequitur: sortes est animal: sortes est risibilis: ergo quoddam risibile est animal. ergo ex puris singularibus aliquid sequitur: ergo eadem ratione ex puris particularibus. Secundo sic: bene sequitur si non est homo non est risibile: sed nō est hō ergo non est risibile: ⁊ tamen ibi arguitur ex puris negatiuis: ergo ex puris negatiuis aliquid sequitur. Tertio sic: quanto aliqua causa est maioris virtutis tanto potest sibi assimilare effectū: sed premissa vniuersalis est maioris virtutis q̄z particularis: ergo magis debet sequi conclusio vniuersalis q̄z ꝑticularis: cū premissarū semper vna sit vniuersalis.

Quarto sic: non sequitur separatio extremitatū in conclusione nisi separentur in premissis sed quādo vna premissarū est affirmatiua ⁊ alia negatiua extremitates non separantur ab inuicem in premissis: ergo non sequitur separatio earū in conclusione: ⁊ per consequens non oportet q; si aliqua premissarum sit negatiua q; conclusio sit negatiua.

Quinto sic: mediū quandoq; includitur in minori extremitate: sicut superius in inferiori. ꝫ minor extremitas semper ponitur in cōclusione: ergo medium intrat q̄nq; in conclusionē. Ad primū dr̄ q; licet in illa argumētatione sequatur aliquid sillogistice per sillogismū expositorū non tamen per sillogismū simpliciter qui sit in aliquo modo ⁊ i aliqua figura. ⁊ est sillogismus expositorius cuius mediū est singulare singulariter tentū ut ibi sortes est animal. sortes est risibilis: ergo risibile est animal. Et principū regulatiuū eius pro affirmatiuis est quecūq; in vno singulari singulariter tento conueniunt illa inter se conueniunt. Sed principium regulatiuum eius pro negatiuis est: quando cuiq; duorum vnū conuenit cum vno singulari a quo aliud disconuenit illa inter se disconueniunt. Ad secundum dicitur q; ibi

non arguitur ex puris negatiuis qz maior est vna conditionalis affirmatiua: nec arguitur per sillogismū cathegoricū: sed per sillogismū ypotheticū scz a tota cōditionali cū positione antecedētis ad positionē cōsequentis. Ad tertium dicitur q licet propositio vniuersalis sit maioris virtutis in inferēdo conclusionē qz particularis tamen nō oportet cōclusionē magis assimilari vniuersali eo q ipsa non est totalis causa ipsius conclusionis ꝛ propinqua sed particularis premissa est causa propinquior ꝛ imediatior conclusionis.

Ad quartū dicitur q quando aliqua premissarū est negatiua licet extremitates nō primo ꝛ per se abinuicē separētur: tamen bene ex cōsequēti separant in quantū vna coniungitur cū medio a quo alia separatur. Ad quintū dicitur q licet medium secūdū rem includatur in minori extremitate non tn secundū rem ꝛ vocē simul ideo non intrat cōclusionē eo modo quo ponitur medium in premissis.

¶ Prima figura nouem habet modos. Quorum quattuor primi sunt directe cōcludentes et quinqz sequentes indirecte. Directe autem cōcludere est maiorem extremitatē predicari de minori in conclusione. indirecte autē cōcludere est minorem extremitatem predicari de maiori in conclusione. Nota hic duas regulas: quarū prima conuenit tantum primis quattuor modis prime figure directe concludentibus ꝛ omnibus tertie. Secunda vero cōuenit prime quo ad eosdem primos quattuor modos tantum: ꝛ secūde quo ad omnes. Prima regula talis est in q̄ttuor modis prime figure directe concludentibus minore existente negatiua nihil sequitur. Item in eisdem maiori existente particulari nihil sequitur.

Postqz auctor determinauit de sillogismo in generali ponendo diffinitionē eius et ostēdendo ex quibus principiis materialibus ꝛ formalibus cōponitur ꝛ ponendo aliqs regulas generales omnibus figuris. Hic consequenter determinat de ipso in speciali docēdo formationē sillogismorum in qualibet figura ꝛ primo docet formare sillogismos in prima figura. Cuius ratio est quia illi sillogismi qui sunt per se de prima figura sunt perfectiores alijs eo q in ipsis medium positione est et coniunctione quia subijcatur maiori extremitati ꝛ predicatur de minori: ꝛ etiā coniungit extremitates inter se. in alijs autē est solū medium coniunctione ꝛ non positione. ꝛ propter hoc etiā auctor determinauit prius de prima figura q̄ de alijs duabus: primo enumerando suos modos in generali postea determinando de ipis in speciali.

Primo sciendū q prime figure nouem sunt modi quattuor directe cōcludentes: ꝛ quinqz indirecte: quorum sic habetur sufficientia: qz modus est ordinatio duarū premissarū vel ergo ambe premisse sunt vles vel ambe particulares: vt maior vniuersalis ꝛ minor particularis vel econtra. Si ambe sunt vniuersales hoc est quadrupliciter: vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic est barbara: ꝛ baralipton indirecte concludens. vel ambe negatiue: ꝛ sic nihil sequitur. vel maior affirmatiua ꝛ minor negatiua: ꝛ sic est fapesmo. vel econtra maior negatiua ꝛ minor affirmatiua: ꝛ sic habentur celantes ꝛ celarent. Si ambe sunt particulares hoc est quadrupliciter ut prius: et quocunqz modo disponant semper est combinatio inutilis: quia in puris particularibus nihil sequitur. Si maior sit vniuersalis ꝛ minor particularis hoc est quadrupliciter: quia vel ambe sunt affirmatiue: ꝛ sic sunt darii ꝛ dabitis. vel ambe negatiue: ꝛ sic nihil sequitur. vel maior est negatiua ꝛ minor affirmatiua: ꝛ sic est ferio. vel maior ē affirmatiua ꝛ minor negatiua: ꝛ sic iterū nihil sequitur. Si vero maior sit particularis ꝛ minor vniuersalis hoc est quadrupliciter: ut prius: ꝛ quocūqz modo disponantur semper est combinatio inutilis: nisi quando maior est affirmatiua ꝛ minor negatiua sicut est friseſmorū. Secundo sciendū q baralipton celantes ꝛ dabitis non distinguūt a tribus primis modis essentialiter quantū ad dispositionē duarū propositionū in debita qualitate ꝛ quantitate: quia eadem est ordinatio premissarū in barbara ꝛ in baralipton ꝛ similiter in alijs: sed distinguūtur ab ipsis accidentaliter quantū ad modos concludendi directe ꝛ indirecte. ideo Aristoteles qui solum distinguit modos sillogismorū quantū ad essentialē distinctionē scilicet ordinē premissarum non distinguit illos modos a trib⁹ primis. Sed Boetius ꝛ Petr⁹ hispanus considerantes sillogismū quantū ad premissas et modum concludendi posuerunt illos tres modos distinctos ab alijs tribus modis eo q concludunt indirecte. alij vero directe. Tertio sciendum q directe concludere est maiorē extremitatē predicari de minori in conclusione. ꝛ cōcludere indirecte est minorē extremitatē predicari de maiori in cōclusiōe. Cuius rō est: qz qn̄ maior extremitas predicatur de minori in cōclusione ibi designat⁹ directus motus rōnis: q incipit a maiori extremitate: ꝛ fit per mediū ad minorē extremitatē. ꝛ deinde comparat⁹ minor extremitas ad maiorē in cōclusione. et intellect⁹ in tali motu cū puenit ad minorē extremitatē directe cōparat eā ad maiorē. ꝛ ibi fit directa cōclusio. Sz qn̄ minor predicatur de maiore designatur indirect⁹ motus rōnis: qz designat⁹ q intellect⁹ primo accipit maiorē cū medio: ꝛ scōo minorē cum medio: ꝛ iterū reuertit⁹ ad maiorē extremitatē anteqz vniat ipam cū minori extremitate: ꝛ non vnit minorē directe ꝛ imediate post acceptionē minoris cū medio. ꝛ hec causa quare cōclusio dicitur directa vel indirecta est generalis ad omnes figuras.

Quarto sciendū q pro modis prime figure directe concludentibus ponunt plures regule: quarū prima est q minore existēte negatiua nihil sequit⁹ in prima figura directe. Cuius rō est: qz si minor est negatiua oportet maiorē esse affirmatiuā ꝛ cōclusionē esse negatiuam ꝓpter duas regulas prius positas: ergo maior extremitas non distribueretur in maiori propositione: cū eēt predicatū ꝓpositiōis affirmatiue: ꝛ tn̄ distribueret⁹ in cōclusione cū eēt predicatū ꝓpositionis negatiue qđ semp distribuitur. ꝛ sic argueret⁹ a non distributo ad distributū: ꝛ hoc est arguere a positione cōsequētis ad positionē antecedētis: qz nō distributū est consequēs respectu distributi: sicut hō est ꝓsequēs ad oēm hominē: ꝛ etiā ibi possunt dari termini in q̄b⁹ sit vt asal hō equus: ꝛ termini in quib⁹ nullus sit vt asal hō lapis: ergo minore existēte negatiua nō sequit⁹ aliqua cōclusio directe. dicitur directe qz bene sequitur indirecte ut in fapesmo ꝛ friseſmorūz. Secūda regula est q maiore existēte particulari nihil sequitur directe in prima figura. Cuius rō est qz in prima figura ad cōcludendū directe oportet minorē esse affirmatiuā ut dictū est ꝛ sic medium nō distribueret⁹ in minore cū sit predicatū minoris ꝓpositionis affirmatiue: nec i maiori cū sit subiectū ꝓpositiōis ꝑticularis ꝛ sic tenebit⁹ ꝑticularit⁹ in vtraqz ꝛ poterit vnir⁹ pro diuersis partibus eius cū duab⁹ extremitatibus. ex qua vnione nō sequit⁹ aliqua cōclusio: ꝛ maiore existēte ꝑticulari in prima figura nihil sequitur directe sz bene indirecte ut in friseſmo: ꝛ etiā posita maiori particulari pñt reperiri termini in q̄bus sit vt in q̄bus nullus. ꝛ sic est cōbinatio inutilis. Sz cōtra predicta arguit⁹ primo sic. idē est modus ꝛ cōbinatio vtilis. sz in prima figura sunt tn̄ q̄ttuor cōbinationes vtiles ad cōcludendū directe ꝛ due ad cōcludendū indirecte: ergo tn̄ sunt ser modi prime figure et sic male ponunt⁹ nouem. Secōo sic hic maior extremitas predicatur de minori vicēdo ois homo est animal substantia est hō: ergo substātia est animal: ꝛ tn̄ ibi est indirecta cōclusio cum ibi sit indirecta predicatio. ergo contra diffinitionē huius quod est directe ꝛcludere. Tertio sic: minor

extremitas se habet ut pars respectu maioris. sed pars non predicatur de toto: quia nō dicit esse totius: ergo indirecte concludere non est quando minor extremitas predicat de maiori. ¶Quarto sic: bene sequit quoddā rationale currit ergo quidā homo currit q̄ ex opposito consequentis sequitur oppositū antecedentis ut clare patet intuenti. ergo maiore particulari existēte aliquid sequitur directe in prima figura. ¶Quinto sic: bene sequitur omne nō homo est non risibile lapis nō est homo ergo lapis non est risibilis: ergo minore existēte negatiua in prima figura aliquid sequitur. Ad primū dicitur q̄ licet in prima figura sint tantū due cōbinationes primo ⁊ per se vtiles ad cōcludendū indirecte: tamen sunt plures alie vtiles ex consequenti ad cōcludendū indirecte quia combinationes que sunt in tribus modis primo et per se valent ad concludendū directe ⁊ ex consequenti per conuersionē suarū conclusionū ad concludendū indirecte. vnde omnis syllogismus cuius conclusio conuerti potest. potest cōcludere directe et indirecte. Ad secundū dicitur q̄ nō dicitur directa cōclusio eo q̄ sit ibi directa predicatio sed quia ibi denotatur directus processus rationis ut supra dictum est.

Ad tertiū dicit̄ q̄ licet minor extremitas nō semper dicat scōm rem totū esse maioris. tamen bene dicit secundus modū in quantū enunciatur de ipsa ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ predicetur de maiori quia hic indifferens est vtrū vere vel false predicetur. Ad quartū dicitur q̄ licet in illo argumento sequatur conclusio gratia materie scz̄ propter conuertibilitatē rationalis ⁊ hominis non tamē gratia forme arguendi. quia non tenet in oībus terminis consimili forma arguendi retenta ut non sequitur quoddā animal est asinus. omnis homo est animal. ergo quidā homo est asin⁹ cum antecedens sit verum ⁊ consequēs falsum. Ad ān-tum dicitur q̄ ibi non est formaliter syllogismus eo q̄ subiectum maioris scilicet non homo non predicatur in minore sed homo ibi predicatur: ideo non bene arguitur in prima figura sed tamē est ibi virtualiter syllogismus inquantū ista lapis non est homo equiualet isti lapis est non homo sed tunc minor erit affirmatiua ⁊ arguetur in darij.

¶Barbara. Primus autem modus prime figure constat ex duabus vniuersalib⁹ affirmatiuis vniuersalem affirmatiuā cōcludentibus: ut omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. ¶Celarent Secundus constat ex vniuersali negatiua ⁊ vniuersali affirmatiua vniuersalem negatiuam concludentibus: ut nullum animal ē lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis.

Postq̄ auctor in generali enumerauit modos prime figure. Hic cōsequēter in spāli determinat de vno quoq̄ ipo-rū: ⁊ primo de modis directe cōcludētib⁹ q̄z de indirecte concludentibus. Et inter modos directe cōcludētes primo determinat de modis vtibus q̄z de particularibus. ⁊ adhuc inter vtes primo determinat de modo vti affirmatiuo q̄ intelligitur per barbara q̄z de modo vti negatiuo qui intelligit̄ per celarēt eo q̄ affirmatio p̄cedit negationē. Primo sciendū q̄ barbara cōstat ex duabus ꝓpositionibus vtibus affirmatinis maiore ⁊ minore vlem affirmatiuā directe concludentibus: ut omne aial est substātia: oīs homo est aial: ergo oīs homo est substātia. Probatur ista cōsequentia: q̄ regulatur per dici de omni. nam q̄cquid predicatur de subiecto distributo p̄dicat̄ de q̄libet supposito sūpto sub ipō. ſz in isto syllogismo substantia dicit̄ de animali distributo in maiore: ⁊ homo subsumitur sub animali: cū animal enunciatur de ipso: ergo substantia dicitur de omni homine eo modo quo dicitur de omni aiali in quo includit̄ omnis homo. aliter sic probatur: q̄ cōsequentia formalis est q̄ tenet in omnibus terminis cōsimili forma arguēdi retēta: sed cōsequentia facta in barbara tenet in oībus terminis: q̄ nō est dabilis instātia: igit̄ ibi est cōsequētia formalis. Secūdo sciendū est q̄ inter oēs modos figurarū iste modus scilicet barbara est pfectior simpliciter. ⁊ rō est q̄ est vtis ⁊ affirmatiuus. sed in quantū est vtis est perfectior oīb⁹ alijs particularibus: ⁊ in quantū est affirmatus est pfectior oībus modis negatiuis. Item in eo cōcludit̄ vniuersalis affirmatiua conclusio. sed illa est difficillima ad concludendū quia solum in vna figura ⁊ in vno modo potest concludi. Ipsa enim non cōcluditur in secūda figura: cū ibi concludat̄ negatiue tantū: nec in tertia: cū ibi concludatur particularit̄ tantū: nec cōcludit̄ in alio modo prime figure ab isto p̄mo iō solū in illo modo ipsa pōt concludi. quelibet autem alia conclusio pōt pluribus modis cōcludi: ut in sequentib⁹ apparebit. Tertio sciendū q̄ celarēt secundus modus constat ex maiori vniuersali negatiua: et minore vniuersali affirmatiua: vniuersalem negatiuam concludentibus. et probatur q̄ ista consequentia sit bona per regulam dici de nullo: arguendo sic: nullum animal est lapis: omnis homo est animal ergo nullus homo est lapis: ibi lapis negat̄ in maiori de animali distributo: ⁊ de quolibet contento sub ipo. ſz oīs hō cōtinet̄ sub aiali distributo: igit̄ remouetur lapis ab homie distributo. pōt etiā probari per diffinitionē cōsequētie formalis: q̄ tenet in oībus terminis cōsimili forma arguendi retenta. ¶Quarto sciendū q̄ in isto modo ⁊ in omnibus alijs oportet mediū manere idē cum subijcitur in maiore ⁊ predicat̄ in minore: ⁊ etiā maior extremitas debz manere eadē in predicato maioris ꝓpositiōis: ⁊ in predicato cōclusiōis: ⁊ minor extremitas in subiecto maioris ⁊ conclusiōis q̄ si variarent̄ in tali syllogismo eēnt plures termini q̄z tres. ⁊ secundū tria debet quilibet terminus idē manere primo secundū. vocē secundo quantū ad significatuz. ita q̄ mediū in maiore ⁊ minore non teneatur equiuoce ꝓ diuersis significatis: quia tunc nō eēt idē terminus sed plures secundū rem significatā. tertio debet manere idē quātū ad supposita pro quibus accipitur. ita q̄ in maiore propositiōe non teneatur pro aliquib⁹ suppositis et in minore pro alijs. ſz semp debet capi pro eisdē ⁊ pro equalibus ita q̄ nō magis stricte vel magis ample in vna q̄z in alia premissarū. ⁊ similiter de extremitatib⁹ ⁊ per hoc patet intellectus istoz modoz vniuersalū. Contra predicta arguit̄ primo sic. non sequitur omne animal si est rudibile est asinus. omnis homo est aial si est rudibilis. ergo omnis homo est asinus ⁊ tamen arguitur in barbara. Secundo sic: non sequit̄ omne rationale vel irrationale est homo omnis equus est rationalis vel irrationalis ergo omnis equus est homo et tamen arguitur in barbara. Tertio sic: nō sequit̄ cuiuslibz hominis asinus currit omne rudibile est asinus: ergo omne rudibile currit: q̄ antecedēs pōt esse verū consequēte ex istēte falso. posito casu q̄ oīs hō habeat vnū asinū currētē ⁊ aliuz quiescentē ⁊ tū arguitur in primo modo: ergo ibi nō est consequentia formalis. ¶Quarto sic: nō sequitur nullum viuens generabitur omnis homo est viuens ergo nullus homo generabitur ⁊ tamen ibi arguitur in celarent.

¶Quinto sic: nullū currēs est asinus omnis homo preter sortem currit: ergo nullus homo preter sortem est asin⁹ nō sequitur quia conclusio est falsa cū dicat sortē esse asinuz et premisse sunt vere. ⁊ tamen ibi arguitur in celarent: igitur in ipso non est consequentia formalis. Ad primum dicitur q̄ ista maior omne animal si est rudibile est asinus potest esse conditionalis vel de conditionato extremo si sit cōditionalis ibi non est bonus syllogismus in primo modo. quia ex ipotheticis non fit bonus syllogismus cathegoricus. si vero maior sit cathegorica tunc illa conditio si est rudibile potest referri ad subiectum ⁊ sic maior est falsa et sequitur conclusio. ⁊ sensus eius est de quocumq̄z est verum dicere q̄ est animal si est rudibile est verum dicere q̄ est asinus vel illa conditio refertur ad predicatum ⁊ tunc maior est vera ⁊ male subsumitur in minore quia illa conditio nō

debet sumi cum medio in predicato minoris cum nō ponerētur ad mediū in subiecto maioris iō ibi nō arguitur in p̄mo mō. Ad 3z dō q illa maior oē rōnale vel irrationale ē hō pōt esse disiūcti ua ꝛ sic est vera ꝛ nō ē ibi sillogismus cathegoricus. vel pōt esse de disiuncto subiecto ꝛ hoc duplicit. qz vel distribuitur illud totū disiūctū rationale vel irrationale ꝛ sic est bon⁹ sillogism⁹: sed maior ē falsa sicut cōclusio vel distribuit tm̄ prima ps disiunct. s. rationale ꝛ tūc est vera ꝛ tunc nō bene arguitur: qz in plus ē predicatū minoris q̄z subiectū distributū in maiore. Ad tertiū dō q ibi male subsumitur qz subsumitur sub asino qui nō distribuitur in maiore ꝛ nō subsumitur sub homine q̄ est subiectū distributionis maioris sic ergo deberet subsumi cuiuslibet hominis asinus currit. omne rudibile est hō ergo cuiuslibet rudibilis asinus currit. Ad quartū dō q ibi arguit a minus amplo ad magis ampliꝰ cū distributiōe magis ampli ex p̄te hominis qui in minore solū distribuitur p hominibus p̄sentibus ad quos restringitur p verbū p̄sentis tpis ꝛ in cōclusione distribuitur p presentibus ꝛ futuris ad quos ampliatur p illud verbū futuri tpis generabitur. Ad quintū dō q in illo sillogismo male cōcluditur qz hec dictio p̄ter nō excipit sor. in cōclusione ab eodē p̄dicato sicut in minore nec est eadē dispositio subiecti in affirmatiua ꝛ negatiua. iō sic debet ꝛcludi: ergo nullus hō alius a sorte est asinus.

¶ Darij Tertius constat ex vniuersali affirmatiua ꝛ particulari affirmatiua particularē affirmatiuam concludentibus: ut omne animal ē substantia: quidam homo est animal: ergo quidam homo est substātia. ¶ Ferio Quartus constat ex vniuersali negatiua et particulari affirmatiua particularem negatiuam concludentibus: ut nullus homo est lapis: quoddam risibile ē homo: ergo quoddam risibile nō est lapis.

Postq̄z auctor determinauit superi⁹ de modis vniuersalibus prime figure directe concludētibus. Hic consequēter determinat de modis particularibus directe cōcludentibus s. de darij ꝛ ferio. ꝛ primo diffinit darij eo q̄ ē affirmatiuus ꝛ alter negatiuus dicens. Darij tertius modus prime figure constat ex vniuersali affirmatiua maiori: particulari affirmatiua minore particularē affirmatiuā directe cōcludentibus: ut omne animal currit: quidā homo est animal. ergo quidā homo currit ꝛ probatur hoc modo cōsequentia per regulā. s. dici de omni: quia in isto sillogismo currit de subiecto. s. de animali distributo dicitur: igitur dicitur de quolibet contento sub ipso: sed aliquis homo cōtinetur sub animali: ergo de ipso predicatur currit. ꝛ posset etiaz probari q diffinitionē consequētie formalis sicut dictū est de alijs modis. Primo sciēdū q ad debite sillogizādū in darij oportet q termini debite accipiantur sic q̄ non fiat variatio terminorū reiterando extremitates in cōclusione: vel in reiteratione medij in premissis. ꝛ per talē considerationem circa terminos poterunt cognosci multi paralogismi qui fiūt apparenter scōm istū modū. etiā inspiciendū est ad premissas ꝛ q̄ ille debite disponantur ita q̄ ibi sint due cathegorice tātū tanq̄z principales premisse: quia sillogismus cathegoric⁹ solū cōponitur ex propositionibus cathegoricis ꝛ si in aliq̄ sillogismo sunt plures premisse q̄z due oportet ipsum resoluere primo ad duas propositiones que sint principales eius premisse: ꝛ ex cōsequenti ad tres terminos ad videndū vtrū debite formetur in isto vel in alijs. Secūdo sciendū q̄ ferio quartus modus prime figure constat ex vniuersali negatiua maiori particulari affirmatiua minori particularē negatiuā concludentibus directe: ut nullum animal est lapis: quidā homo est animal: ergo quidā homo nō est lapis. ꝛ probatur per regulaz q dici de omni ꝛ dici de nullo: quia ibi lapis negatur de animali distributo: ergo nihil est sumere sub animali a quo non remoueatur lapis: ꝛ qz hō sumitur sub animali: ideo lapis remouetur ab ipso. Tertio sciendum q̄ isti duo modi particulares sunt perfecti ꝛ quantū ad necessitatē concludendi: ꝛ quantū ad euidētiam ipsorū: quia immediate regulantur q dici de nullo. ꝛ quantū ad illā p̄fectionē non habent p̄fici q alios modos sed quantū ad quātitatē modi vniuersales sunt perfectiores aliquo modo. ꝛ si negetur cōsequentia istorū modorū potest aliquo modo p̄bari reducendo ipsos ad modos vniuersales hoc modo: qz darij reducitur primo ad camestres in secunda figura capiendo cōtradictoriū cōclusionis sue cū maiore inferēdo oppositū cōtradictoriū minoris: ut arguendo in darij: omnis homo est animal quoddā risibile est homo. ergo quoddaz risibile est animal reducitur sic ad camestres omnis homo est animal: nullū risibile ē animal: ergo nullū risibile est homo. ꝛ etiā ferio reducitur ad cesare vel ad camestres: ꝛ quia illi modi iterū reducuntur ad celarent per cōuersiones: ideo isti modi particulares ex consequenti possunt reduci ꝛ probari per vniuersales: et non reducūtur isti modi ad modos secunde figure ut ibi perficiantur vel ut ibi stet eorum reductio sed ut mediātibus ipsis reducantur ad modos vniuersales prime figure. Quarto sciendū q̄ in istis quattuor modis prime figure iam habitis cōcluduntur quattuor genera propositionū scilicet vniuersalis affirmatiua que concluditur in barbara. vniuersalis negatiua in celarent. particularis affirmatiua in darij particularis negatiua in ferio. inter quas vniuersalis affirmatiua est difficillima ad cōcludendum quia solū in vno modo concluditur scilicet in barbara. Deinde vniuersalis negatiua que concluditur in vno modo in prima figura scilicet in celarent. ꝛ in duob⁹ modis in secunda figura scilicet in cesare ꝛ camestres. tertio particularis affirmatiua que concluditur in vno modo in p̄ma figura scilicet in darij: ꝛ in tribus modis tertie figure scilicet in darapti disamis ꝛ datisi. ꝛ quarto particularis negatiua que facillima est ad concludendū que potest cōcludi in vno modo prime figure scilicet in ferio: ꝛ in duobus modis secūde figure scilicet in festino ꝛ baroco ꝛ in tribus modis tertie figure scilitet felapton bocardo ꝛ ferison. sed cōtra particularis negatiua difficillima est ad interemendum. interimitur enim per suam ꝛtradictoriā que est vniuersalis affirmatiua que est facillima ad destruendum: ꝛ per hoc posset haberi ordinatio horum quattuor modorū prime figure directe concludentium. Sed contra predicta arguitur primo sic non sequitur omne risibile est animal. tantum homo est risibilis ergo tantum homo est animal ꝛ tamen ibi arguit in darij: ergo in ipso non est consequentia formalis. Secundo sic hic bene arguitur in darij omne individuum alicuius speciei est asin⁹ sortes est individuum alicuius speciei: ergo sortes est asin⁹ ꝛ maior probaretur quia omne individuum asini est asin⁹: ergo omne individuum alicuius speciei est asinus ꝛ tamen in primo sillogismo non est bona consequentia: ergo contra tertium modum. Tertio sic non sequitur omne currens est asinus aliquis homo potest esse currens: ergo aliquis homo potest esse asinus ꝛ tamē arguit ibi secundū tertiū modum. Quarto sic non sequitur nullū aīal est species: homo ē animal ergo hō nō est species ꝛ tamen ibi arguitur in ferio. Quinto sic nō sequit nullus denarius valet albū quidam francus valet denarium: ergo quidā francus non valet albū. ꝛ tm̄ ibi arguitur in q̄rto modo: ergo non est consequentia formalis. Ad p̄mū istorum dicitur q̄ ibi male concluditur eo q̄ in minori hec dictio tātū excludit respectu risibilis negando ipsum ab omnibus alijs ab homine: ꝛ in cōclusione excludit respectu animalis negando animal ab omnibus alijs ab homine: ꝛ sic ibi arguit a negatiōe inferioris ad negationem superioris ꝛ cōmittitur fallacia cōsequentis. sed debet cōcludi non ponēdo dictionē exclusiuā in conclusione. Ad secundū dicitur q̄ ibi bene arguitur in darij. sed maior illius sillogismi est falsa. s. omne individuuz speciei alicuius est asinus: ꝛ ad probationem eius dicitur q̄ ibi arguitur ab inferiori ad su

perius cū distributiōe superioris quia indiuiduū asini se habet ut inferius ad indiuiduū alicuius speciei ideo nō sequitur omne indiuiduū asini est asinus: ergo omne indiuiduū alicuius speciei est asinus. Ad tertiū dicitur q̄ ibi male arguitur quia subiectum maioris. scilicet currens nō est predicatū minoris. sed potens esse currens predicatur in minori ideo ibi non sunt tres termini tantū immo quatuor.

Ad quartū dicitur q̄ in illo argumento homo tenetur in minore pro suppositis ⁊ in conclusione pro natura communi ideo variatur minor extremitas ⁊ non sunt tres termini tantum nec debite arguitur. Ad quintum dicitur q̄ ibi non bene arguitur quia non est idem subiectum maioris ⁊ predicatum minoris quia denarius subijcitur in maiori ⁊ valens denarium predicatur in minori ideo nō arguitur in quarto modo.

¶ Baralipton Quintus constat ex duabus vniuersalib⁹ affirmatiuis particulare affirmatiuam concludētibus indirecte: ut omne animal est substantia: omnis homo est substantia: ergo q̄dā substātia ē hō ⁊ ꝓbatur ꝑ primū prime cōcludētē vl̄em affirmatiuā q̄ cōuertitur in ꝑticularē: q̄. s. ꝑticularis ꝯcluditur in hoc q̄nto. ¶ Celārtes sext⁹ cōstat ex vl̄i negatiua ⁊ vl̄i affirmatiua vl̄em negatiuam indirecte concludētib⁹: ut nullū āial est lapis omnis hō ē animal: ergo nullus lapis est hō. ⁊ reducitur ad secundū prime ꝑ cōuersionē conclusionis simpliciter. ¶ Dabitis Septimus constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ ꝑticulari affirmatiua: ꝑticularē affirmatiuā indirecte concludentibus: ut omne animal est substantia: quidam homo est animal: ergo quedam substantia est homo. ⁊ reducitur ad tertiū prime per cōuersionem cōclusionis simpliciter.

¶ Postq̄ auctor determinauit de modis p̄me figure directe concludentibus. ¶ Hic consequēter determinat de modis indirecte concludētibus. ⁊ primo de baralipton dicēs sic: q̄ baralipton constat ex maiori vl̄i affirmatiua: ⁊ minori vl̄i affirmatiua: ꝑticularē affirmatiuā indirecte cōcludentibus ꝓbatur q̄ in isto modo sit cōsequentia bona ⁊ formalis reducēdo ipsum ad barbara ꝑ cōuersionē ꝑ accidēs cōclusionis de barbara: ⁊ quicq̄d sequitur ad cōsequēs bone ꝯsequētie sequitur ad antecedens eius. sed ad cōclusionē primi modi q̄ est vl̄is affirmatiua sequitur particularis affirmatiua cōuertēs eius: ergo illa ꝑticularis affirmatiua sequitur indirecte ad premissas de barbara. ⁊ q̄ ille premisse sunt p̄misse in baralipton: ideo ex ipsis in baralipton debite infert⁹ ꝑticularis affirmatiua indirecte quod faciliter videtur ꝑ exempla. ⁊ reducitur iste modus per impossibile ad celarent capiendo cōtradictoriū cōclusionis de baralipton ꝑ maiori de celarent: ⁊ seruando maiorē de baralipton ꝑ minore inferēdo cōuersam contrarie minoris de baralipton ad quā sequitur cōtradictoria minoris per conuersionē per accidēs.

¶ Primo sciendū q̄ reducere vnū modū ad aliū est ostendere euidentiā cōsequentie vnius modi ꝑ aliū euidentē ad quē reducitur. sed per hoc q̄ cōclusio de barbara infert per cōuersionem conclusionē de baralipton ostēditur euidētia modi cōcludendi de baralipton ⁊ nō ostenditur euidentia primi modi. ideo per hoc baralipton reducitur ad primum modū: ⁊ nō econuerso. etiā capiendo oppositū conclusiōis sue cū maiore ad inferendū oppositū minoris in celarēt oīditur sua necessitas concludendi et illā regulā quādo cuiq̄ ex opposito cōsequentis infertur oppositū antecedentis ibi est bona consequētia: sed ex opposito cōclusionis de baralipton cū vna premissarū infertur in celarent oppositum alterius premisse. ideo per hoc probatur sufficienter. Secundo sciendū q̄ celantes sextus modus constat ex vniuersali negatiua maiori ⁊ minore vniuersali affirmatiua vniuersalē negatiuā indirecte concludentibus. et reducitur ad celarent per conuersionē simplicē conclusionis de celarent: quia ad illam conclusionē sequitur per conuersionē simplicē vniuersalis negatiua ꝑuertēs ei⁹. ergo illa vniuersalis negatiua sequitur ad premissas de celarēt: ⁊ ille sunt premisse in celantes ergo debite cōcludit indirecte. vniuersalē negatiuā: ⁊ nō tantū ostenderetur euidētia ꝑ cōuersionē cōclusionis de celantes. sed magis oīderetur q̄ ad duas eius p̄missas seq̄retur conclusio de celarēt: ⁊ magis ꝓbaretur secundus modus q̄ sextus. Sed ꝑ impossibile iste modus reducitur ad darij capiēdo cōtradictoriū sue cōclusionis ꝑ minore ⁊ minorē eius ꝑ maiore ad inferendū cōuersam contradictorie maioris eius ad quā sequitur cōtradictoria maioris eius. ut facto isto sillogismo in celantes nullū animal est lapis. omnis homo est animal: ergo nullus lapis est hō: arguitur in darij omnis hō ē animal quidā lapis est hō: ergo quidā lapis est animal. ⁊ ad istā sequitur quoddā āial ē lapis q̄ est contradictoria maioris primi sillogismi. Tertio sciendū q̄ dabitis septimus modus cōstat ex vl̄i affirmatiua maiore ⁊ particulari affirmatiua minore ꝑticularē affirmatiuam indirecte concludentib⁹: ⁊ ꝓbatur reducendo ipsum ad darij ꝑ conuersionē simplicē cōclusionis de darij ad quā conclusionem sequitur particularis affirmatiua ꝑuertens eius: ⁊ illa conclusio sequitur ad premissas de dabitis que sunt in darij: ergo per easdem premissas bene infertur in dabitis particularis affirmatiua indirecte que est cōuertens conclusionis de darij. ⁊ per impossibile iste modus reducitur ad celarent accipiendo cōtradictoriū ꝯclusionis ei⁹ pro maiore ⁊ minorē eius pro minore inferendo cōuersam cōtradictorie minoris eius ut faciliter potest per exemplaꝝ deri. Quarto sciendū q̄ licet sint tres modi indirecte cōcludentes correspondentes tribus modis primis directe cōcludentibus. ⁊ compositi sint ex eisdem premissis sicut ipsi tamen nullus est modus correspondens quarto modo. scilicet ferio qui fiat ex eisdem premissis cum eo: ⁊ ratio habetur per regulā Boetij q̄ omnis sillogismus inferens cōclusionē que potest conuerti potest inferre indirecte conuertētem eius. ⁊ econtra sillogismus inferens conclusionē q̄ non potest conuerti non potest inferre indirecte aliquam cōclusionē. sed conclusiones in tribus primis modis possunt bene conuerti. ideo illi tres modi possunt indirecte concludere: sed conclusio de ferio cum sit particularis negatiua non potest conuerti in terminis nec simpliciter nec per accidēs: ideo premisse de ferio non inferunt aliquaꝫ conclusionem indirecte. ideo nō est aliquis modus indirecte cōcludēs conueniens ferio in premissis: ⁊ per hoc patet intellectus istoꝝ modoꝝ correspondentiū trib⁹ primis modis. Sed cōtra predicta arguitur primo sic. omnes modi prime figure sunt perfecti cū immediate regulentur per dici de omni vel ꝑ dici de nullo. ergo vnus nō reducitur ad aliū: ergo male dicit⁹ q̄ baralipton reducitur ad barbara. Secundo sic nō seq̄tur oē albū est accidēs: omnis hō est alb⁹ ergo quoddā accidēs est homo ⁊ tamē arguitur in baralipton: ergo in illo mō nō est bona cōsequētia. Tertio sic mod⁹ ē ordinatio duaꝝ premissarū in debita qualitate ⁊ q̄titate. ꝫ in celātes est eadē ordinatio premissarū in debita qualitate ⁊ q̄titate: ⁊ etiā est eadē q̄ntitas cōclusionis sicut in celarent: ergo iste modus nō distinguitur ad celarēt nec ad ipsum reducitur.

Quarto sic nullū currēs est homo supposito q̄ null⁹ hō existat. oē animal est currens: ergo nullus hō est animal. et tamen ibi arguitur in celātes: ergo in eo nō est bona conse-

quentia. ¶Quinto sic nō sequitur omne animal ē individuū. aliqđ genus est animal: ergo aliquod individuū est genus ⁊ tamen arguitur in habitis: ergo in ipso non est bona consequentia. Ad primum istorū dicitur ꝙ licet omnes modi prime figure sint perfecti quantū ad subsumptionem nō tamen q̄z tū ad modum concludendi. quia indirecte cōcludentes non habent euidentem modū concludendi: sed fiunt euidentes per reductionem ad alios modos. Ad secundū dicitur ꝙ albū in maiore illius sillogismi accipit p̄m se ea parte qua differt ratione a suo subiecto: ⁊ in minore capitur p respectū ad suū subiectū in q̄ntum dicat esse accidentale eius. ⁊ ideo accipit medū sub diuersis respectibus: ⁊ ut diuersa sibi accidūt. ideo medium variatur in duabus p̄missis ⁊ ibi cōmittitur fallacia accidentis. Ad tertiū dicitur ꝙ licet celantes non distinguat essentialiter a secundo modo quantū ad dispositionē p̄missarū: tamē accidentaliter q̄ntū ad modū cōcludendi distinguitur ab ipso ut dictum ē p̄ius. Ad quartū dicitur ꝙ in illo sillogismo homo in p̄dicato maioris stat pro hominibus existentib⁹ tantū: ⁊ in cōclusione stat tam pro existentibus q̄z pro nō existentibus eo ꝙ nō subijcitur cū aliquo accidentali cōtrahente ipsum ad suppositā existentia sicut in maiore. Ad quintū dicit ꝙ in illo sillogismo animal in subiecto maioris accipitur p̄ suis suppositis ⁊ in predicato minoris supponit pro natura communi. ideo ibi fit variatio medij in duabus p̄missis: ⁊ nō bene arguitur: nec sunt tres termini tantū.

¶ Fapesmo octauus constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua particularē negatiuā concludētibus indirecte ut omne animal est substantia: nullus lapis est animal: ergo quedam substātia nō est lapis. Et reducitur ad quartum prime maiori conuersa per accidēs: ⁊ minori simpliciter per transpositionē. ¶ Frisesmoz. ¶Nonus cōstat ex particulari affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua particularem affirmatiuam concludentibus indirecte: ut qđdam animal est substantia: nullus lapis ē animal: ergo quedam substantia non ē lapis. Et reducitur ad quartaz prime maiori ⁊ minori conuersis simpliciter et p trās positionem.

Postq̄z auctor determinauit de modis prime figure indirecte concludentibus cōuenientibus in p̄missis modis directe concludentibus. Hic consequenter determinat de modis indirecte concludentibus differentibus in p̄missis a modis directe ꝯcludēbus. s. fapesmo ⁊ frisesmoz: ⁊ q̄z fapesmo est mod⁹ vniuersalis. alter vero est ꝑticularis. iō auctor p̄ius determinat de ipso dicens: ¶ octauus modus. s. fapesmo cōstat ex vniuersali affirmatiua maiori ⁊ vlr negatiua minori ꝑticularē negatiuam concludentibus indirecte. ⁊ reducitur ad ferio maiore cōuersa per accidens: ⁊ minore simpliciter facta transpositione p̄missarū. Et ꝓbatur cōsequētia huius modi p illam regulā quicqđ sequitur ad cōsequens bone cōsequentie sequitur ad antecedēs eius. q̄z ad p̄missas de fapesmo facta cōuersione p̄missarū cū trāspositione ipsarū sequunt̄ p̄misse de ferio: ⁊ ad illas p̄missas sequitur ꝑticularis negatiua: ergo cōclusio illa sequitur ad p̄missas de fapesmo: ergo in illo mō est bona cōsequentia.

Primo sciendū ꝙ ꝓ impossibile fapesmo pōt reduci ad barbara capiendo cōtradictoriū sue cōclusionis p maiore ⁊ maioꝛē eius p minore inferēdo cōuersā ꝓtra[illegible]ne minoris ad quā sequtur illa cōtradictoria: ut arguēdo sic in fapesmo: ois hō est animal: nullus lapis ē hō: ergo qđdaz animal nō est lapis. ⁊ sic arguitur in barbara: oē animal est lapis: ois hō est animal. ergo ois hō est lapis. ad quā sequitur ꝙ conuersionem p accidēs: quidā lapis est hō q̄ est cōtradictoria minoris. et pōt etiā reduci ad celarēt capiēdo contradictoriā conclusionis p minore ⁊ minorē p maiore inferēdo cōuersam oppositi maioris ut p̄supposito sillogismo facto in fapesmo arguitur sic in celarent: nullus lapis est hō omne animal ē lapis sequitur ergo nullū animal est homo ad quā ꝙ cōuersionē p accidēs: sequitur quidā hō nō est animal. Secūdo sciendū ꝙ nonus modus. s. frisesmozū constat ex ꝑticulari affirmatiua maiore ⁊ vniuersali negatiua minore ꝑticularē negatiuā cōcludentib⁹ indirecte. ⁊ reducitur ad ferio maiore ⁊ minore cōuersis simplicit ⁊ facta trās positione p̄missarū. p hoc ꝓbatur ꝙ sit in eo bona consequētia: q̄z ad p̄missas eius sequuntur p cōuersionē cum trāspositiōe p̄missaꝝ p̄misse de ferio p q̄s p̄missas sequit ꝑticularis negatiua conclusio: ergo eadē sequitur ad p̄missas de frisesmozū ut arguēdo sic: quidā hō est animal: nullus lapis est homo: ergo quoddā animal nō est lapis cōuertendo simpliciter ⁊ trāsponēdo p̄missas sic arguitur in ferio: nullus homo est lapis quoddā animal est hō. iste p̄misse sequūtur ad alias p̄missas ⁊ sequitur quoddā animal non est lapis. Tertio sciendū ꝙ iste vltimus modus pōt p impossibile reduci ad celarent capiendo cōtradictoriū cōclusionis p minore ⁊ minorē loco maioris inferendo cōuersam oppositi maioris: ut arguēdo sic: quidā hō est animal. nullus lapis est homo: ergo quoddam animal non est lapis. ⁊ sic arguēdo in celarent: nullus lapis est hō: omne animal est lapis: ergo nullū animal est hō. ad quā sequitur iterū p cōuersionē nullus hō est animal. q̄ est contradictoria prime maioris. ⁊ pōt reduci ad dary capiendo contradictoriū conclusionis p maiore ⁊ maiorē p minore inferendo conuersam cōtradictorie minoris ad quā sequitur illa contradictoria.

¶Quarto sciendū ꝙ fapesmo ⁊ frisesmozū valent in qualibet figura ad concludendū ꝑticularem negatiuā indirecte ⁊ q̄z reperiuntur in omnibus figuris Aristo. determinat de ipsis post q̄z docuit formationes sillogismozū in tribus figuris. aliter tamen reperiuntur in prima figura ⁊ in alijs quia q̄n mediū subijcitur in vna p̄missaruꝫ ⁊ predicatur in alia sunt in prima figura: ⁊ cū predicatur in vtraq; sūt in secunda figura: ⁊ cū subijcitur in vtraq; sunt in tertia figura: ⁊ q̄z per p̄ius reperiuntur in p̄ma figura q̄z in alijs: ideo quoda mō appropriantur p̄me figure rōne cuius cōuenienter a ꝑpetro hispano enumerantur inter modos prime figure nec tamen negat quin reperiantur in alijs. Contra predicta arguitur p̄mo sic: in omni sillogismo conclusio debet esse similis alicui p̄missarū sed particularis negatiua non est similis alicui p̄missarū de fapesmo cuz ambe sint vniuersales: ergo male dicitur ꝙ ibi concluditur particularis negatiua.

Secundo sic: p̄misse de fapesmo maiorē cōuenientiam habent cū p̄missis de celarēt q̄z cū p̄missis de ferio: ergo magis debet reduci p cōuersionē ad celarēt q̄z ad ferio et sic male dicitur ꝙ reducitur ad ferio p cōuersionē. Tertio sic: frisesmozū est cōbinatio inutilis: q̄z ibi sunt dabiles termini in q̄bus omni ⁊ in q̄bus nulli: ergo male ponit ille modus. ¶Quarto sic: in omni sillogismo debet fieri subsūptio: sed in frisesmozū nulla fit subsumptio: quia maior ē ꝑticularis ⁊ sub ꝑticulari nihil est sumere etiā subsumptio fit affirmando subiectū p̄ius distributum de aliquo inferioꝛi eius qđ nō fit ibi cū minor sit negatiua: ergo ibi non est bonus sillogismus. ¶Quinto sic: isti duo vltimi modi solum differunt in quātitate maioris p̄misse et nō in cōclusione nec in modo concludendi: sed quantitas cū se teneat ex parte materie nō variat speciē: ideo propositio ꝑticularis ⁊ vniuersalis non differunt specie: ergo isti duo modi secundum speciem nō distinguūtur inter se. Ad p̄mū dicitur ꝙ licet in omni sillogismo conclusio debeat esse similis alicui p̄missarū in qualitate: nō tamē in quātitate sicut patet in dato argumento. etiam similitudo p̄prie non attenditur ex ꝑte quantitatis sed qualitās vel inequalitas. Ad secundum dicitur ꝙ licet fapesmo ⁊ celarent magis conueniant in quā-

ditate suarū premissarū q̄z fapesmo ⁊ ferio: tamen premisse de celarent non possunt sequi p conuersionē ad premissas de fapesmo: eo q̄ maior que est vniuersalis affirmatiua non potest conuerti simpliciter in vniuersalem sed solum per accidens in particularē ⁊ sic ad istas premissas bene sequunt premisse quarti modi. Ad tertū dicitur q̄ concludendo directe in friſesmorum darentur termini in quibus omni et in quibus nulli: ⁊ similiter in fapesmo nunq̄z tamen darentur concludendo indirecte: ⁊ isti modi solum valent ad cōcludendū indirecte. Ad quartū dicitur q̄ licet in friſesmorū formaliter non fiat subsumptio tamē ibi bene fit virtualiter in q̄ntum in premissis eius virtualiter includuntur premisse de ferio q̄ sequuntur ad ipsas in quibus fit debita subsumptio. Ad quintū dicitur q̄ licet quātitas nō variet speciem propositionis tamen bene variat speciem syllogismi vel modi eius: quia variata quātitate est alia ordinatio premissarū in debita qualitate ⁊ quātitate ideo isti duo modi specie ab inuicem distinguuntur.

¶ Sequitur de secūda figura cuius tales dantur regule. In secunda figura maiori existente particulari nihil sequitur. In secūda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. In secunda figura semper concluditur negatiue. Sed hec tertia regula potest intelligi p secundā. Secūda vero figura quattuor habet modos.

¶ Postq̄z superius ¶ Petrus hiſpanus determinauit de prima figura ⁊ modis eius: hic consequenter determinat de secūda figura ⁊ de modis eius. ¶ Est autē secūda figura quādo medium predicatur in vtraq̄z premissarū: ⁊ tali ordine terminorū mediū dicitur primus terminus: quia ponitur supra ambas extremitates cum p̄dicetur de vtraq̄z ⁊ maior extremitas est secundus terminus ⁊ mediū positione quia ponitur sub medio cū subijcitur in maiore propositione ⁊ supra minorē cū predicatur in conclusione. Sed minor extremitas est tertius terminus ⁊ vltimus positione: quia subijcitur medio in minore p̄one ⁊ maiori extremitati in cōclusione. ¶ Et quo patet q̄ mediū in secūda figura nō est ita perfecte mediū sicut in prima figura: quia solum hic est mediū coniunctione ⁊ non positione ⁊ est perfectius mediū q̄z mediū tertie figure quod subijcitur vtriq̄z extremorū: ⁊ inde est q̄ mediū prime figure valet ad concludendū vniuersaliter ⁊ affirmatiue. ⁊ medium secūde figure ad cōcludendū negatiue sed particulariter ⁊ vniuersaliter. ⁊ mediū tertie figure ad concludendū particulariter solū affirmatiue vel negatiue: ⁊ per hoc habetur quare ista figura sic ordinat̄. ¶ Primo sciendū q̄ propter syllogismos huius figure tres ponuntur regule. ¶ Prima est q̄ in secunda figura maiore existente particulari nihil sequitur. ¶ Cuius ratio est: quia in secunda figura semper concluditur negatiue ut infra dicetur. ergo si maior esset particularis ibi argueretur a non distributo ad distributū ex parte maioris extremitatis: que nō distribueretur in maiore propositione cū esset subiectū propositiōis particularis ⁊ tamen distribueretur in cōclusione quia eēt p̄dicatum propositionis negatiue ⁊ sic ex parte eius argueretur a nō distributo ad distributū. ⁊ inde posset cōtingere q̄ consequens esset falsum antecedente existente vero. ¶ Itē in tali dispositione possunt reperiri termini in quibus omni ut aial hō risibile ut sic arguendo quoddaz animal non est homo. omne risibile est homo. cū illis stat hec vniuersal̄ omne risibile est animal. termini in quibus nulli ut animal homo lapis arguendo ut prius ergo talis dispositio est inutilis. Secundo sciendū q̄ secūda regula est q̄ ex puris affirmatiuis in secūda figura nihil sequitur. Cuius rō est: q̄ propter vnionē extremitatum in aliquo supiori in quo p̄nt vniri pro diuersis partibus eius nō sequitur vnio extremitatū inter se ut propter vnionē hominis ⁊ equi in animali nō sequitur vnio eorū inter se quia possunt in ipso vniri p diuersis partibus potestatis eius. Sed arguēdo ex puris affirmatiuis in secūda figura denotaretur vnio extremorū in suo supiori tm̄. ideo in tali vnione ex talibus premissis non sequitur cōclusio. Itē ibi dabiles sunt termini in quib⁹ omni ut animal hō risibile: ⁊ termini in quib⁹ nulli ut aial hō equus igitur talis dispositio est inutilis. Tertio sciendū est q̄ tertia regula est q̄ in secūda figura semp̄ concluditur negatiue. Cuius ratio est: q̄ vna premissarū in secūda figura semp̄ est negatiua: sed si aliqua p̄missarū sit negatiua cōclusio debet esse negatiua: ideo semp̄ in secūda figura cōcluditur negatiue: ⁊ etiā potest in ipsa concludi vniuersaliter ⁊ particulariter ⁊ ideo q̄ntus in tertia figura cōcludatur affirmatiue ⁊ negatiue tm̄ q̄ ibi p̄cluditur solū particulariter ⁊ difficilius est cōcludere vniuersalē negatiuā q̄z particularē affirmatiuā ut prius dictū est ió nō p̄pter hoc sequitur q̄ tertia figura sit p̄fectior ista: licet in ista cōcludatur negatiue solū.

Quarto sciendū q̄ tm̄ sunt quattuor modi secūde figure. Quorū sufficientia sic habetur: q̄ omnis modus secūde figure est ordinatio duarū premissarū in quibus idē p̄dicatur. vel ergo ambe premisse sunt particulares vel vles: vel maior vlis ⁊ minor particularis vel ecōtra. Si ambe premisse sunt vles. hoc est quadrupliciter vel ambe sunt affirmatiue ⁊ sic nihil sequitur p̄pter vnā regulā ultus figure. vl ambe negatiue ⁊ sic etiam nihil sequitur: vel maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua: ⁊ sic est cesare. vel ecōtra: ⁊ sic est camestres. Si ambe sint particulares hoc est quadrupliciter. ⁊ q̄cūq̄z modo disponantur nihil sequitur. Si vero maior sit particularis ⁊ minor vniuersalis p̄t esse quadrupliciter ⁊ semper sequitur quia maiore existente particulari in secunda figura nihil sequitur. Si autē maior sit vniuersalis ⁊ minor particularis hoc est quadrupliciter q̄z vel ambe sunt affirmatie ⁊ sic nihil sequitur: vel ambe negatiue ⁊ iterū nihil sequit̄. vel maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua ⁊ sic est festino vel ecōtra ⁊ sic est baroco. ⁊ per hoc patent regule secunde figure: ⁊ numerus modorū eius in generali. Sed contra predicta p̄mo arguitur: sic mediū quod p̄dicatur de vtroq̄z extremorū perfectiꝰ est q̄z illud q̄ subijcitur vni ⁊ predicatur de alio: q̄ predicatū est p̄fectius subiecto: ergo figura in qua mediū semp̄ predicatur deberet poni prima. Secundo sic: friſesmorū valet in qualibet figura ut prius dictū est ⁊ tm̄ in ipso maior est particularis: ergo in secunda figura maiore existente particulari aliquid sequitur. Tertio sic: q̄cūq̄z vni tertio sunt eadem illa inter se sunt eadez ⁊ inter se conueniūt sed arguēdo ex puris affirmatiuis in secūda figura denotatur extrema esse eadē vni tertio. s. medio: ergo p̄ hoc sequitur q̄ extrema inter se conuenunt: ⁊ sic ex puris affirmatiuis aliquid sequitur. Quarto sic: bene sequit̄ in secūda figura aliq̄ animal est sortes aliq̄s hō est sortes: ergo aliquis hō est animal: ⁊ tm̄ ibi cōcluditur affirmatiue: ergo in secūda figura non semp̄ concluditur negatiue. Quarto sic: in cesare ⁊ camestres sūt eedē premisse. s. vniuersalis affirmatiua ⁊ vlis negatiua: sed modi distinguunt̄ ex parte premissarū: ideo illi modi nō sunt distincti ⁊ sic nō sunt q̄tuor modi secūde figure. Ad primū istorū dicitur q̄ licet mediū q̄ predicatur vtrobiq̄z sit p̄fectiꝰ secundū se illo q̄ subijcatur ⁊ predicatur tamē nō est p̄fectius in ratione medij ió mediū prime figure p̄fectius est q̄z mediū secūde figure. Ad secundū dicitur q̄ licet in friſesmorū in secunda figura maiore existente particulari sequat̄ aliq̄d indirecte nō tm̄ directe. Ad tertiū dicit̄ q̄ quecūq̄z sunt eadē vni tertio ⁊ simpliciter in actu inter se sunt eadē: sed illa q̄ sunt eadē solū vni tertio supiori ⁊ in potētia nō sunt eadē inter se: ⁊ arguēdo ex puris affirmatiuis in secūda figura denotantur aliqua solum esse eadē cū suo supiori in quo conueniūt in potentia tm̄. Ad q̄rtū dicitur q̄ ibi sequit̄ aliq̄d grā materie eo q̄ mediū est vnū singulare singulariter tentū tm̄ ibi nō sequitur aliquid formaliter: ⁊ p̄ syllogismū perfectū. ibi enī est syllogismus expositorius qui bene valet in secūda figura affirmatiue. Ad quintū dicitur q̄ licet in cesare ⁊ camestres materialiter sint eedem premisse non tamen sunt eodem mō dispositē ⁊ modi distinguūtur ex p̄te ratio-

nis dispositionis formalis suarū premissarū: ideo illi modi specie ab inuicem distinguuntur.

¶ Cesare Primus constat ex vniuersali negatiua ⁊ vniuersali affirmatiua: vniuersalem negatiuam concludentibus: ut nullus lapis est animal: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. et reducitur ad secundū prime maiori cōuersa simpliciter. ¶ Camestres Secundus cōstat ex vniuersali affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua: vniuersalem negatiuam concludētib⁹ ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est hō. ⁊ reducitur ad secundū prime minore cōclusione conuersa simpliciter ⁊ p trāspositionē. ¶ Festino Tertius constat ex vniuersali negatiua ⁊ pticulari affirmatiua: pticularem negatiuā cōcludentib⁹: ut nul⁹ lapis est animal: quidā homo ē aīal ergo quidā hō nō est lapis: ⁊ reducit ad quartum prime maiore conuersa simpliciter. ¶ Baroco Quartus constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ pticulari negatiua: pticularē negatiuā concludentibus: ut ois hō ē animal: quidaz lapis nō est animal: ergo quidaz lapis nō est homo: ⁊ reducitur ad primū prime p impossibile. ¶ Reducere autē p impossibile est ex opposito conclusionis ⁊ altera p̄missarū inferre oppositū alterius p̄misse. Sumatur enim oppositum conclusionis hic. s. ois lapis est hō: cū maiori huius quarti: ⁊ sillogizabitur in primo prime sic: omnis hō est animal: omnis lapis est hō: ergo omnis lapis ē animal. Ista conclusio opponitur minori quarti ⁊ hoc est probare per impossibile vnde talis versus assignatur. Seruat maiorē variatqz secunda minorē. Tertia minorem seruat variatqz maiorem.

Postqz auctor ostēdit supius q̄ est scōa figura ⁊ q̄ sunt regule ei⁹ ⁊ enumerauit suos modos in cōi. Hic p̄cipit determinat de ipsis in speciali: ⁊ primo de vniuersalib⁹ q̄z de pticularib⁹: ⁊ inter vlēs adhuc primo determinat de cesare dicēs q̄ cesare p̄mus modus p̄stat ex vli negatiua maiori: vli affirmatiua minori: vniuersalē negatiuā cōcludentib⁹: ⁊ reducitur ad p̄m modum p̄me figure maiore de cesare p̄uersa simpliciter p quā reductionē sic p̄batur p̄ntia eius: q̄ p̄uersa maiore de cesare ad p̄missas sequunt p̄misse de celarēt: ⁊ ad p̄missas de celarēt sequit vlis negatiua: ergo illa eadē sequitur ad premissas de cesare: q̄ quicq̄d sequitur ad consequēs bone cōsequentie sequitur ad antecedens eius. Sed p impossibile reducitur cesare ad celarent capiendo oppositū cōtrariū conclusionis cū maiore inferendo cōtrariū minoris: vel reducitur cesare ad ferio capiēdo contradictoriū cōclusionis cū maiore inferendo contradictoriū minoris.

Primo sciendū q̄ camestres secūdus modus secūde figure cōstat ex vniuersali affirmatiua maiore: vli negatiua minori vlem negatiuā cōcludentibus. ⁊ reducitur ad celarent minore ⁊ cōclusione cōuersis simpliciter ⁊ per transpositionē p̄missarū: ⁊ per hoc eodē modo p̄batur sicut cōsequētia primi modi. Et reducitur ad barij p impossibile capiendo oppositū contradictoriū cōclusionis cum maiore inferēdo contradictoriū sue minoris. Et etiā p impossibile capiēdo cōtrariū cōclusionis cū maiore pōt inferre cōtrariū sue minoris in barbara ad quā cōtrariā iterum sequitur cōtradictoria minoris: ut arguēdo sic in camestres: omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est hō ⁊ sic in barbara: omnis homo ē animal: omnis lapis est hō ergo omnis lapis est animal. q̄ est contraria prime minoris ad quā sequitur quidā lapis est animal. Secūdo sciendū q̄ festino tertius modus constat ex vniuersali negatiua maiori: particulari affirmatiua minore pticularē negatiuā cōcludentibus: ⁊ reducitur ad ferio maiore cōuersa simpliciter. vñ reducēdo modos secūde figure ad primā p conuersionē oportet illam premissam cōuerti q̄ sit maior in p̄ma figura ⁊ non requiritur de minore. Et rō est: q̄ in secunda figura mediū semp p̄dicatur ideo ad hoc q̄ subijciatur in illa q̄ sit maior in prima figura oportet illā p̄missam cōuerti: ⁊ alia nō debet cōuerti sed debet remanere ut mediū predicet in minore. Sed p impossibile reducitur ad celarent capiendo cōtradictoriū cōclusionis de festino cū maiore eius inferendo oppositū contradictoriū sue minoris in celarent. Tertio sciendū q̄ baroco quartus modus cōstat ex vli affirmatiua maiori: pticulari negatiua minore: pticularē negatiuā concludentibus: ⁊ nō reducitur ad aliquē modū p̄me figure p cōuersionem: quia vel hoc esset cōuertēdo maiorē que solū cōuertitur p accidēs in particularē: ⁊ tūc ambe p̄misse essent pticulares. vel cōuertēdo minorē vel conclusionē et⁹: ⁊ hoc nō q̄ sunt pticulares negatiue modo pticularis negatiua nō cōuertitur in terminis sed p contrapositionē tm̄ q̄ cōuersio nō valet ad reductionē sillogismorū: quia ibi non manēt idem termini simpliciter ideo baroco nō pōt probari p cōuersionem. Sed p̄batur p impossibile capiendo cōtradictoriū sue cōclusionis cū maiore inferendo contradictoriū minoris in barbara: ⁊ sic reducitur ad ipsum p impossibile. Quarto sciendū q̄ reducere vnū modū ad alium p impossibile est ex opposito cōclusionis cū vna p̄missarum inferre oppositū alterius premisse. p quā reductionem ostēditur bonitas consequentie sillogismi primi facti: per hoc q̄ ex opposito cōsequētis eius infertur oppositū sui antecedētis. ⁊ ad reducendū p impossibile modos secūde figure ad p̄mā oportet capere oppositū cōclusionis cū maiore eo q̄ idē subijcitur in maiore ⁊ predicatur in cōclusione ⁊ etiā in opposito cōclusionis: q̄ opposita sunt eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati: ⁊ illud quod subijcit in maiore ⁊ p̄dicatur in opposito cōclusionis est maior extremitas: que fit mediū p̄me figure: ⁊ p hoc habetur dispositio prime figure: qua habita oportet videre quales ⁊ quāte sunt maior p̄missa ⁊ oppositū conclusionis ad sciendū ad quē modū prime figure fit reductio. ⁊ si velimus reducere modos secūde figure ad tertiā p impossibile oporteret capere oppositū cōclusionis cū minore: q̄ idem subijcitur in vtraq̄: ⁊ minor debet poni loco maioris eo q̄ in ipsa maior extremitas p̄dicatur. s. illud q̄ erat mediū in secūda figura: ⁊ debet inferri oppositū maioris. vnde versus. Seruat maiorem variat que secūda minorem. Tertia maiorē variat seruando minorem. Et habita tali dispositione figure ad sciendum ad quem modum fit reductio oportet videre quomodo disponuntur in qualitate ⁊ quantitate minor ⁊ oppositū conclusionis: ⁊ per hoc possunt reduci omnes modi secunde figure ad modos tertie: et probari per ipsos: si quis cōcedat modos tertie figure ⁊ nō modos secūde: ⁊ per hoc patent quattuor modi secūde figure. Sed contra p̄dicta arguit primo sic: q̄ nō sequit nullum dextrū ē sinistrum: cuuslibz hominis oculus ē sinister

ergo nulli⁹ hominis oculus ē dexter. quia antecedens pōt esse verū consequēte existente falso: ⁊ tamē ibi arguitur in cesare: ergo in ipso nō est bona consequētia. Secūdo sic: non sequitur omne corruptum vel mortuū ē non ens: nullus homo ē non ens: ergo nullus hō ē corruptus vel mortuus: ⁊ tamen ibi arguitur in camestres: ergo in ipso nō ē formalis consequētia. Tertio sic: in camestres mediū nō distribuitur in maiore: quia est predicatū ꝓpositionis affirmatiue: ⁊ tamen distribuitur in minore: ergo ibi arguit̄ a non distributo ad distributū ⁊ per cōsequens nō est bona consequentia. Quarto sic: nō sequitur nullū animal dū dormit vigilat: quidam hō vigilat: ergo quidam homo nō est animal: ⁊ tamen ibi arguitur in festino: ergo. Quinto sic: non sequitur omnis homo currit: adam nō currit: ergo adam nō est homo: ⁊ tamen ibi arguitur in baroco: ergo in ipso nō est formalis cōsequentia. Ad primū dicit̄ ꝙ in isto sillogismo oculus nō distribuitur in minori: ⁊ tamē distribuitur in conclusione ꝙ illaz regulā ꝙ distributio affirmatiua in obliquo nō distribuit terminum in recto sequentē. Sz distributio negatiua in obliquo bene distribuit rectū sequentē ipsam. ideo dicendo nulli⁹ hois oculus est dexter: ibi distribuitur oculus ⁊ sic arguitur a nō distributo ad distributū: sed deberet sic cōcludi: ergo cuiuslibet hominis oculus non est dexter: quia oculus ibi non distribuitur.

Ad secundum dicitur ꝙ ibi arguitur a minus amplo ad magis amplum cum distributiōe magis ampli ex parte hominis qui in minore solum stat pro presentibus ⁊ in cōclusione distribuitur pro presentibus ⁊ preteritis ad quos ampliatur ꝙ preteritū participij. Ad tertiū dicitur ꝙ in illo sillogismo nō arguit̄ ad mediū inferendo ipsum de aliquo vel aliquid de ipso: quia non ponitur in conclusione sed solū arguitur ad extremitates: ideo q̄z quis distribuatur in secūda premissa ⁊ nō in prima nō propter hoc arguitur a nō distributo ad distributū. Ad quartū dicitur ꝙ illa nullus animal dum dormit vigilat potest esse temporalis: ⁊ sic ē vera sed tunc ex ipsa nō sit sillogismus cathegoricus. vl̄ potest esse cathegorica: ⁊ hoc est dupliciter quia vel illa determinatio dum dormit fertur ad subiectum ⁊ tunc ibi bene arguitur: sed sicut conclusio est falsa ita ⁊ maior: quia sensus est de quocūq; verum ēdicere ꝙ est animal dum dormit: verū est dicere ꝙ non vigilat ⁊ hoc est falsum. vel potest ferri ad predicatum ⁊ sic maior est vera: sed male sumitur minor: sz sic debet accipi: quidaz homo vigilat dum dormit. quia illa determinatio dum dormit ponebatur ad medium in maiore premissa ⁊ sic minor erit falsa sicut conclusio. Ad q̄rtum dicitur ꝙ homo in maiori solum distribuitur pro presentibus ad quos restringitur per hoc verbum currit et in conclusione distribuitur tam pro presentibus q̄z non ꝓsentibus ideo ibi nō bene arguitur.

¶ Sequitur de tertia figura. Est autem tertia figura in qua idē subijcitur in vtraq; z. Cuius tales dantur regule. In tertia figura minori existente negatiua nihil sequitur. In tertia figura non concluditur nisi particulariter. Tertia vero figura sex habet modos.

Postq̄ auctor determinauit de duabus figuris. s. de prima ⁊ secunda. Hic consequenter determinat de tertia propter causam prius dictā: ⁊ est tertia figura ordinatio trium terminorū in qua mediū subijcitur vtriq; extremoz: ⁊ in tali ordinatione mediū est vltimus terminus positione eo ꝙ subijcitur vtriq; extremitati ⁊ secundū rationē subiectū est posterius predicato: sed minor extremitas est mediū positione: quia ponitur supra mediū cū de ipso predicetur in minore: ⁊ sub maiori extremitate cum subijciatur in conclusione. Maior vero extremitas est primus terminus positiōe: quia ponitur supra mediū cum predicatur in maiori ⁊ supra minorē extremitatē cum predicatur in conclusione ⁊ per hoc patet qualiter ordinantur termini in tertia figura. Primo sciendū ꝙ pro sillogismis tertie figure ponūtur due regule quarū prima est ꝙ in tertia figura minore existente negatiua nihil sequitur. Cuius ratio est: quia si minor esset negatiua oporteret maiorē ee affirmatiua quia ex puris negatiuis nihil sequitur ⁊ conclusionē esse negatiuā: quia si aliq̄ premissarū fuerit negatiua cōclusio erit negatiua: ergo maior extremitas non distribueretur in maiore cum esset predicatū propositionis affirmatiue ⁊ tamen distribueretur in conclusione cum esset predicatum propositionis negatiue: ergo ibi argueretur a non distributo ad distributū q̄re antecedens potest esse verum consequente existente falso. Et etiā ibi essent reperibiles termini in quib⁹ omni ut animal homo equus arguendo sic: omnis homo est animal: nullus homo est equus cum quibus stat ista de omni omnis equ⁹ est animal. Et etiā termini in quib⁹ nulli ut animal homo lapis, sic arguendo: omnis hō est animal: nullus homo est lapis. cū istis premissis stat ista de nullo: nullus lapis est animal: ergo ista combinatio in qua ponitur minor negatiua in tertia figura est inutilis. ⁊ hec est generalis probatio ad ostendendum combinationes inutiles nihil concludere.

Secundo sciēdū ꝙ termini in quibus omni dicūtur tres termini ex quibus in aliqua combinatione fiunt due p̄misse cum quibus stat in veritate vna vniuersalis affirmatiua composita ex extremitatibus illarū premissarū. Sed termini in quibus nulli sunt tres termini ex quibus in aliqua cōbinatione disponuntur due premisse vere cum quibus stat in veritate vna vniuersalis negatiua composita ex extremis illarū premissarū sicut patet in repertione iam facta terminorū in quibus omni ⁊ in quibus nulli. ⁊ ad faciliter reperiendū eos ad qualibet combinationē inutilem ponuntur tres regule. Prima est ꝙ accipiendi sunt duo termini disperati cum suo superiori: ut due species cum suo genere: ut homo asinus animal. Secunda regula est ꝙ accipiendi sunt duo termini de se ad inuicem verificabiles siue cōuertibiliter siue nō cū extraneo ad vtrumq;: ut homo risibile lapis. vel homo animal lapis. Tertia regula est ꝙ accipiendi sūt duo termini de se inuicē verificabiles siue cōuertibiliter siue nō: cum superiore ad vtrūq; ut homo risibile substantia: vl̄ homo animal substantia: ⁊ per has tres regulas cuicūq; p̄dicamento applicentur faciliter reperientur termini in q̄bus omni ⁊ in quibus nulli ad qualibet combinationē inutilē.

Tertio sciendū ꝙ combinatio in qua simul reperiuntur termini in quibus omni ⁊ in quibus nulli nō infert formaliter aliquā conclusionem. quod sic probatur: quia si dicat ꝙ in tali cōbinatione sequitur aliqua conclusio formaliter utputa vniuersalis affirmatiua in terminis in quibus omni arguitur sic. Quicquid sequit̄ formaliter in aliq̄ dispositiōe semper sequitur in omnib⁹ terminis: ergo si sequatur in tali combinatione vniuersalis affirmatiua conclusio per aduersarū: tunc illa sequitur in omnibus alijs terminis in tali dispositione: ergo illa sequitur acceptis terminis in quibus nulli: ⁊ vltra in illa cōbinatione antecedens est verum ergo consequens est verū: quia ex vero nō sequitur nisi verū: ergo in terminis in quib⁹ nulli vniuersalis affirmatiua cōclusio stabit in veritate cum duab⁹ premissis: ⁊ etiā vniuersalis negatiua de nullo facta ex eisdem terminis: et ille due erunt contrarie: ergo due contrarie ex quibus sequunt̄ due contradictorie stabunt simul in veritate quod est impossibile. Et sic duceretur aliquis ad contradictoria: qui diceret combinationē valere in qua reperiuntur simul termini in quibus omni ⁊ in quibus nulli. Quarto sciendum ꝙ secunda regula est ꝙ in tertia figura nō concluditur nisi particulariter: cuius ratio est: quia si ibi concluderetur vniuersaliter argueretur a nō distributo ad distributū ex parte minoris extremitatis que nunq̄z distribueretur in minore premissa cū sit predicatū propositionis affirmatiue: quia oportet semper minorē ē affirmatiuā ut dictū est ⁊ tamē distribueretur in conclusiōe cum esset subiectū propositionis vniuersalis. Item superiora vniuntur in inferiori particulariter tantū ⁊ nō vniuersaliter: sed mediū tertie figure est inferius ad ambas extremitates: ergo extremitates per ipsum solum

vniuntur particulariter ꝛ ex tali medio non potest cōcludi vniuersaliter. Sed contra predicta arguitur primo sic: frustra fit per plura qō pōt fieri p pauciora: sed quelibet cōclusio sufficiēter cōcludi pōt per primā ꝛ scōam figuras: ergo tertia figura supfluit ꝛ nō est ponēda. Secūdo sic: omne medīū alicuius sillogismi est vnitiuū extremitatū eiꝰ sed illud qō subijcatur vtriq; extremoꝝ nō est vnituū respectu ipsoꝝ: qz se habet p modū materie ꝛ materia nō est vnitiua sed vnitur p formā ergo male dicitur ꝙ medius tertie figure subijcatur vtriq; extremoꝝ. Tertio sic: oēs pmisse inferētes aliquā conclusionē transpositē adhuc inferūt illā conclusionē: ergo pmisse de felapton tranpositē inferre pñt pticularem negatiuā: ergo minore existente negatiua in tertia figura aliqđ sequitur. Quarto sic: bene seqtur omne rationale currit: oē rationale est homo: ergo ois homo currit: qz ex opposito cōsequentis seqtur oppositū antecedētis: ergo in tertia figura pōt concludi vniuersaliter. Quinto sic: in omni modo sillgismi potest esse vniuersalis affirmatiua conclusio ꝛ vniuersalis negatiua: ergo in omni modo sunt recipibiles termini in quibus omni ꝛ in q̄bus nulli: ꝛ tñ nō est cōbinatio inutilis: ergo nō ois cōbinatio in qua possunt reperiri tales termini est inutilis. Ad primū dicitur ꝙ licet q̄libet cōclusio in specie posset sufficienter concludi in prima figura ꝛ secunda: nō tñ omnib⁹ modis q̄b⁹ quelibet cōclusio cōcludi potest: ideo ille figure sufficiūt q̄ꝰ tū ad numerū cōclusionū sed nō quātū ad numerū modorū concludendi. Ad secūdū dicitur ꝙ licet inferius in eo qō subijcitur extremis habeat modū materie non tamē inquātū vnit ꝛ ptinet sua supiora in se actualiter: sed se habet p modū totius respectu ipsoꝝ ꝛ sic p modum forme ꝛ hoc mō bene est vnitiuū suoꝝ extremoꝝ que sunt supiora ipsius licet pticulariter tñ. Ad tertiū dicitur ꝙ licet pmisse de felaptō trāpositē inferant pticularē negatiuā cōclusionē indirecte: nō tamē directe ꝛ hoc mō intelligitur illa maior ꝙ oēs pmisse inferentes aliquā cōclusionē qñ transponuntur inferunt eandē indirecte. Ad quartū dicitur ꝙ licet ibi sequatur cōclusio vniuersalis gra materie nō tamē formaliter: qz nō tenet in omnibus terminis consimili forma arguendi retenta. Ad quintū dicitur ꝙ licet in quolibet modo ex extremis sillogismi facti possit fieri vtis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua tñ ille nō stabūt simul in veritate cū pmissis compositis ex eisdem terminis: ꝛ hoc reqritur ad terminos in quibus omni ꝛ in quibus nulli.

¶ Darapti Primus constat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: particularem affirmatiuā concludentibus: ut ois hō est substantia: ois homo ē animal ergo quoddam aīal est substantia: ꝛ reducitur ad tertium prime minori conuersa per accidens ¶ Felapton Secūdus constat ex vniuersali negatiua ꝛ vniuersali affirmatiua: pticularē negatiuā concludētibus: ut nullus homo ē lapis: omnis hō est animal: ergo quoddam animal non est lapis: ꝛ reducit ad quartum prime minori cōuersa per accidens.

Postq̄ auctor ostendit q̄ est tertia figura ꝛ posuit regulas eius. hic cōsequēter determinat de modis ipsiꝰ ꝛ anteq̄ in speciali de ipsis determiet enumerat eos in generali dicēs ꝙ tertia figura sex habet mōs. s. darapti: felapton: disamis: datisi: bocardo: ferison quorū sic habetur sufficientia: quia omnis modus tertie figure est ordinatio duarū pmissarū in quibus mediū semp subijcatur vel ergo ambe premisse sunt vniuersales vel ambe pticulares. vl maior vniuersalis ꝛ minor pticularis: vel ecōtra. Si ambe sunt vniuersales hoc est quadrupliciter: vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic est darapti. vel ambe negatiue ꝛ sic nihil sequitur. vel maior est affirmatiua ꝛ minor negatiua ꝛ sic itez nihil sequitur ꝑpter primā regulā huius figure: vel ecōtra maior est negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est felapton. Sed si ambe sint pticulares hoc potest esse quadrupliciter: ꝛ quocūq; modo disponantur nihil seqtur. Si vero maior sit vniuersalis ꝛ minor particularis hoc est quadrupliciter: vel ambe sunt affirmatiue ꝛ tūc est datisi. vel ambe negatiue ꝛ tūc nihil seqtur. vel maior affirmatiua ꝛ minor negatiua ꝛ itez nihil seqtur. vl ecōtra maior negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est ferisō. Si vero maior sit pticularis ꝛ minor vniuersalis hoc est q̄dripliciter: qz vel ambe sunt affirmatiue ꝛ sic est disamis vl ambe negatiue ꝛ sic nihil seqtur: vl maior affrmatiua ꝛ minor negatiua: ꝛ sic itez nihil sequitur. vel econtra maior negatiua ꝛ minor affirmatiua ꝛ sic est bocardo. ꝛ sic in tertia figura sunt sexdecim cōbinationes quarū decem sunt inutiles ꝛ sex vtiles ꝛ p cōsequens tñ sunt sex modi eius. Primo sciendū ꝙ darapti primus modus constat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: particularē affirmatiuā concludentibus. ꝛ pōt iste modꝰ tripliciter ꝓbari. s. p conuersionē: per impossibile: ꝛ p sillogismū expositoriū. vnde p conuersionē ꝓbatur ipsum reducēdo ad darij qz minore de darapti conuersa p accidēs ad pmissas eiꝰ sequunt premisse de darij: et ad illas pmissas sequit conclusio pticularis affirmatiua: ergo eadē seqtur ad pmissas de darapti. ꝛ p impossibile ꝓbatur reducēdo ipsum ad celarēt capiēdo cōtradictoriū cōclusionis eius ꝙ maiore ꝛ minorē loco minoris: inferēdo ꝙ trarum maioris in celarent ꝛ ex consequēti contradictoriū. potest etiā reduci ad cesare capiēdo contradictoriū sue ꝓclusionis ꝙ maiore ꝛ maiorē ꝙ minore inferēdo cōtrariū minoris. Sed p sillogismū expositoriū sic ꝓbatur: qz si iste premisse sunt vere: omnis hō est animal: ois hō est risibilis: de aliquo singulari homine verificabunt aial ꝛ risibile: signet ergo illud singulare ꝛ sit sortes. Tunc arguit sic exposito rie sortes est aial sortes est risibilis ergo quoddā risibile ē aial. Iste premisse singulares sequūtur ad pmissas de darapti: et ad istas premissas singulares sequitur pticularis affirmatiua conclusio: ergo eadē sequitur in darapti: qz quicqd sequitur ad ꝑis bone cōsequentie sequitur ad antecedens eius.

Secundo sciendū est ꝙ sillogismus expositorius est cuiꝰ mediū est singulare singulariter tentū: ꝛ de ipso nō determinat auctor: qz talis reductio est secundū sensum manifestat: ꝛ valet sillogismus expositorius affirmatiuus in qualibet figura sed negatiuus nō valet in secūda figura: qz vel maior esset affirmatiua vel minor: ꝛ vtroq; modo conclusio esset negatiua: ꝛ hec cum maior esset particularis semp argueret a nō distributo ad distributū ex parte maioris extremitatis que non distribueretur in maiore ꝛ tamē distribueretur in conclusione ut dicendo sic: quoddā animal nō est sortes: quidam homo est sortes: ergo quidā homo nō est animal. ꝛ talis sillogismus negatiuꝰ valet in prima figura ꝛ in tertia posita maiore negatiua ꝛ minore affirmatiua: ut posset videri per exemplas sed nō valet econtra posita minore negatiua: quia tunc argueretur a nō distributo ad distributū ex parte maioris extremi. Tertio sciendū ꝙ felapton secundus modus constat ex maiori vniuersali negatiua. minori vniuersali affirmatiua: particularē negatiuam concludentibꝰ. ꝛ reducitur ad ferio minore cōuersa per accidens: ꝛ per hoc potest ꝓbari cōsequētia eius sicut probata fuit in primo modo. ꝛ per impossibile reducitur ad barbara capiendo cōtradictoriū sue conclusionis pro maiore seruando minorē ꝛ inferendo oppositū contrarū maioris: ꝛ ex consequenti cōtradictorium. potest etiam reduci ad camestres in secūda figura capiendo contradictorium conclusionis pro maiore ꝛ maiorem pro minore inferendo oppositum contrarium minoris ꝛ ex consequenti contradictorium. potest etiā probari iste sillogismus p sillogismū expositoriū capiendo vnum singulare sub medio eius de quo negetur maior extremitas: et affirmetur minor: ꝛ deinde inferatur particularis negativa conclusio sicut factū est in darapti de pticulari affirmatiua.

Quarto sciēdū ꝙ reducēdo modos tertie figure ad mo

dos ꝑme ꝙ conuersionē oportet illaz premissā cōuerti q̄ sit minor in prima figura: ⁊ nō debet conuerti illa q̄ sit maior. Cuius rō est: qz in tertia figura semp medīū subijcitur: ergo ad hoc ꝙ idem medīū subijciatur in maiori premissa ꝑme figure illa ꝑmissa nō debet cōuerti. sed ad hoc ꝙ ꝑdicetur in minori oportet ꝙ illa cōuertat: nō est tñ intelligēdū ꝙ semp illa q̄ est minor in tertia figura conuertat: qz in disamis nō cōuertitur minor sed maior. sed intelligendū ē de illa q̄ sit minor in sillogismo prime figure: ⁊ ꝙ hoc patent illi duo modi vles tertie figure. Sed cōtra predicta ꝑmo arguitur sic in secūda figura sunt tñ quattuor modi: ⁊ tertia figura ē impfectior secūda ergo nō habet plures modos q̄z secūda: ergo male ponūtur sex modi eius. Secūdo sic: nō seqtur in darapti: omnis hō est albus: omnis hō inquātū homo est risibilis: ergo quoddā risibile inquantū homo est album: ergo in darapti non est bona ꝓña. Tertio sic: modi ꝓfectiores nō reducūtur ad modos imperfectiores ⁊ oēs modi vles sunt ꝓfectiores ꝓticularibus: ergo darapti ē ꝓfectior q̄z darij ⁊ cōsequens nō reducitur. Quarto sic nō seqtur nullus hō est genus: ois homo ē animal: ergo animal nō est genus. ⁊ tñ arguitur in felapton: ergo. Quinto sic: datisi ⁊ disamis reducūtur ad darij: ⁊ felaptō ad ferio ergo illi modi debēt ꝑcedere felapton ⁊ ꝙ cōsequēs felaptō male ponitur secūdus modus. Ad primū dicitur ꝙ licz tertia figura habeat plures modos q̄z secūda: nō tñ ꝓpter hoc est ꝓfectior scōa: qz vna figura non dicitur ꝓfectior alia ꝓpter maiorē pluralitatē modoz eius: sed qz habet ꝓfectiorē modū concludēdi. vnde qz tertia figura habet impfectiorē modū concludēdi: ideo potest pluribus modis cōcludere q̄z secūda: qz pluribus modis pōt fieri impfectū q̄z ꝓfectū.

Ad secundū dicit ꝙ ibi male cōcluditur: qz illa reduplicatio nō debet poni in conclusione sic ꝙ ferat ad predicatū vel copulā: qz in premissis nō ferebat ad maiorē extremitatē sed debet relinqui vel solū poni cū implicatiōe ad subiectū cōclusionis ut dicendo ergo aliqō q̄ō est risibile inquātū est hō est albū. Ad tertiū dicitur ꝙ licet modi vniuersales sint ꝓfectiores ꝓticularibus in eadē figura ⁊ inter diuerse cōcludētes nō tñ semp in diuersis figuris: iō darapti nō est ꝓfectior modus q̄z darij rōne figure. Ad quartū dicitur ꝙ animal nō tenetur ibi eodē mō in minore ⁊ cōclusione: qz in minore tenetur ꝓ natura accepta cōcretiue ꝓ respectū ad suppōsita. in cōclusione vero ꝓ natura ꝑm se accepta cū ꝓpositione suppositoꝝ ꝓut sibi attribuit hec scōa intētio genus. Ad quintū dicitur ꝙ isti modi nō ordinant ꝑm ordinē modoz ꝑme figure ad quos reducunt: sed ordinantur inter se penes vniuersale ⁊ ꝓticulare affirmatiū et negatiū sicut darapti ⁊ felaptō: qz sunt modi vniuersales ꝑcedūt quattuor sequētes qui sunt modi particulares.

¶ Disamis Tertius cōstat ex particulari affirmatiua ⁊ vniuersali affirmatiua ꝓticularem affirmatiuam concludentib⁹ ut quidam homo est substātia: omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substātia. ⁊ reducitur ad tertium prime minori ⁊ conclusione conuersis simpliciter et ꝓ trāspositionē. ¶ Datisi Quartus mod⁹ constat ex vniuersali affirmatiua ⁊ particulari affirmatiua: particularē affirmatiuam concludentibus: ut omnis hō est substantia quidā homo est animal: ergo qō dam animal est substantia: ⁊ reducitur ad tertiū prime minori conuersa simpliciter. ¶ Bocardo. Quintus constat ex pticulari negatiua ⁊ vniuersali affirmatiua: particularē negatiuā concludentibus: ut quidam homo nō est lapis: omnis homo est animal: ergo quoddā animal nō est lapis ⁊ reducitur ad primū prime per impossibile. Sumatur. n. oppositum conclusiōis cū altera premissarū et inferat oppositum alterius: ut omne animal est lapis: omnis homo est animal: ergo omnis homo ē lapis. Hec conclusio in primo prime facta contradicit maiori quinti modi scilicet tertie figure. ¶ Ferison Sext⁹ cōstat ex vniuersali negatiua et ꝓticulari affirmatiua: particularem negatiuam concludentibus ut nullus homo est lapis: quidam homo est animal: ergo quoddam animal nō est lapis: ⁊ reducitur ad quartū prime minori conuersa simpliciter.

Postq̄z determinatū est de modis vlibus tertie figure. hic cōsequenter determinat auctor de modis ꝓticularibus eius: ⁊ primo de modis affirmatiuis: secūdo de negatiuis: et inter affirmatiuos primo determinat de disamis dicēs ꝙ disamis tertius modus constat ex maiore ꝓticulari affirmatiua: ⁊ minore vli affirmatiua ꝓticulare affirmatiuā cōcludēte ibus ut patet in exemplo textus. ⁊ reducitur ad darij ꝙ conuersionē simplicē maioris ⁊ cōclusiōis ⁊ ꝙ transpositionem premissarū: ⁊ ꝓ hoc ꝓbatur bonitas cōsequentie eius. Secūdo ꝓbatur cōsequētia huius sillogismi ꝙ sillogismū expositoriū: qz istis premissis quidā homo est substātia: ois homo est animal: seqtur ꝙ de aliquo singulari homine verificabuntur substantia ⁊ animal. Tunc signet illud singulare ⁊ sit sor. ⁊ arguit sic: sortes est substātia sortes est animal ergo quoddā animal ē substātia. premisse huius sillogismi expositorij sequūtur ad premissas de disamis: ⁊ ad istas premissas sequit ꝓticularis affirmatiua cōclusio: ergo eadē sequitur ad premissas de disamis. Tertio pōt ꝓbari ꝙ impossibile ⁊ reducitur ad celarent capiēdo oppositū cōclusiōis cuius minore inferēdo contradictoriū maioris. ⁊ in secūda figura reducatur ad festino accipiendo oppositū cōtradictoriū conclusionis de disamis cū maiore posita loco minoris inferendo contradictoriū sue minoris. Primo sciendū est ꝙ reducendo modos tertie figure ad primā ꝙ impossibile semp oportet accipere oppositū conclusionis ꝙ maiore ⁊ minorē ꝙ minore prime figure inferendo oppositū maioris. Cuius ratio est: qz idē subijcitur in cōclusione sillogismi tertie figure ⁊ in opposito conclusionis: ⁊ predicatur in minore. s. minoz extremitas. ideo capiēdo oppositū cōclusionis cū minore habetur dispositio prime figure: ⁊ valet ad inferendū oppositū maioris. ideo reducere ꝙ impossibile in tertia figura est ex opposito cōclusiōis cū minore inferre oppositū maioris ⁊ acceptis illis ꝓpositionibus ad videndū ad quē modū fit reductio oportet videre quō oppositū cōclusionis ⁊ minor ordinant in debita q̄litate ⁊ quātitate. Sed ad reducendū modos tertie figure ad secūdā oportet capere oppositū conclusionis ꝙ maiore posita maiore loco minoris. Rō primi est: qz idē ꝑdicatur in opposito conclusionis ⁊ in maiore in tertia figura: ideo acceptis illis ꝓpōnibus habetur dispositio secūde figure: sed rō secūdi est quare maior debet poni loco minoris: qz ad directe cōcludendū in scōa figura oportet ꝙ idē subijciatur in cōclusione ⁊ in minore ꝓpōne. s. minor extremitas: ⁊ in tertia figura idē subijcitur in maiore: ⁊ in opposito minoris: qō debet inferri ꝙ cōclusione in secū-

da figura. Et ad sciendū ad quē modū fit reductio cognosci pōt ut prius dictū est. Secūdo sciendū q̄ quart⁹ modus tertie figure. s. darij ꝓstat ex vlī affirmatiua maiore particulari affirmatiua minore ꝑticularē affirmatiuā cōcludē tibus: ⁊ pōt ꝓbari tripliciter. s. per cōuersionē per expositionē ⁊ per reductionē per impossibile. ꝓbādo ipsum per cōuersionē reducitur ad darij minore de datisi cōuersa simpliciter. ⁊ per sillogismū expositorij posset ꝓbari eodē modo sicut ꝓcedēs capiēdo vnū singulare sub medio de quo verificentur ambe extremitates. sed per impossibile pōt probari reducēdo ipm ad ferio in prima figura capiendo oppositū cōclusionis cū minore inferēdo cōtradictorij maioris: ⁊ in secūda figura reducit⁹ ad cesare capiēdo contradictorij sue cōclusionis ⁊ maiorē positā loco minoris inferēdo cōtradictorij sue minoris. Tertio sciendū q̄ bocardo quintus modus cōstat ex particulari negatiua maiori: ⁊ vlī affirmatiua minore: particularē negatiuā concludentib⁹: ⁊ nō probatur per cōuersionē reducendo ipm ad aliquē modū ꝓme figure propter eandē rationē sicut prius dictū est de baroco: sed potest probari per sillogismū expositorij negatiuus capiendo vnū suppositū medij: de quo negetur maior extremitas: ⁊ verificetur minor: in qua dispositione sequet particularis negatiua conclusio. Et ipm probando per impossibile reducitur ad primū modū prime figure capiendo cōtradictorij sue conclusionis cū minore inferendo contradictorium maioris ⁊ in secunda figura reducitur ad baroco capiendo contradictorij sue conclusionis ꝓ maiore ⁊ maiorē loco minoris inferendo contradictorium sue minoris. Quarto sciendū q̄ ferison sextus modus constat ex vlī negatiua maiore: particulari affirmatiua minori: particularē negatiuā cōcludentibus. Et per cōuersionē reducit ad ferio sua minore cōuersa simpliciter. ⁊ pōt probari per sillogismū expositorij sicut ꝓcedentes modi. sed per impossibile reducit ad darij capiendo contradictorij sue cōclusionis cū minore inferēdo contradictorij maioris: ⁊ in secunda figura reducitur ad cameltres capiēdo cōtradictorij sue conclusionis ꝓ maiore ⁊ maiorē ꝓ minore inferendo contradictorij sue minoris: ⁊ per hoc satis patent formatiōes ⁊ probationes modoꝝ tertie figure. Sed contra predicta arguitur primo sic: non sequit alicui homini ineſt sanitas: omni homini ineſt albedo: ergo quedā albedo est sanitas. vel cuidā albedini ineſt sanitas: ⁊ tamen ibi arguitur in disamis: ergo in eo nō est bona cōsequētia. Secūdo sic: nō sequit a quodā homine videtur equus: ab oi hoīe videtur lapis: ergo a quodā lapide videtur equus: ⁊ tū ibi arguitur in disamis: ergo in ipso nō ē formalis consequentia. Tertio sic: non sequitur oīs hō est natus: aliquis hō est nascendus: ergo quoddā nascendū est natū: et tamen ibi arguitur in datisi: ergo. Quarto sic: nō sequit sortes nō ē minor sorte: totus sortes est minor sorte: ergo aliq̄d min⁹ sorte nō est minus sorte: ⁊ tū arguitur in bocardo: ergo ⁊c. Quinto arguitur sic: nō sequitur nullus hō est ꝓpriū: quidam hō est risibilis: ergo risibile nō est ꝓpriū: ⁊ tū ibi arguitur in ferison: ergo ibi nō ē bona cōsequētia. Ad primū istorū dicitur q̄ ibi nō bene arguitur in disamis: q̄ male concluditur: sed sic debet cōcludi: alicui homini ineſt sanitas: oi hoī ineſt albedo: ergo alicui cui ineſt albedo ineſt sanitas.

Ad secundū dicit⁹ q̄ ibi similiter nō bene cōcluditur sed debet sic concludi: ergo a quo videtur lapis videtur equus.

Ad tertiū dicit⁹ q̄ ibi nō bene arguitur in datisi q̄ ibi fit variatio medij quātū ad suppositā ꝓ quibus tenet: quia homo in maiore supponit ꝓ presentib⁹ ⁊ preteritis tantū: ad quos restringit⁹ per illud preteritū natus: in minore vero supponit ꝓ presentibus ⁊ futuris solū ad quos restringitur per illud futurū nascendus. Ad quartū dicitur q̄ in illo sillogismo sortes in maiore supponit ꝓ ipso sorte ꝓfecto: in minore vero supponit ꝓ partib⁹ integralib⁹ eius ad quas restringitur per illud distributiuū totus: ideo medium nō tenetur similiter in maiore et in minore: ideo non bene arguitur in bocardo. Ad quintum dicitur q̄ risibile in predicato minoris illius sillogismi tenetur concretiue et per respectū ad suū subiectū in conclusione vero tenetur q̄dāmodo abstractiue ⁊ secundū se: eo q̄ subijcitur respectui huius intentiōis ꝓpriū iō nō est simpliciter idē ꝓdicatū minoris ⁊ subm ꝓclusiōis. nec bene arguit⁹ in ferison: sz ad bene arguendū sic dz ꝓcludi: ergo aliq̄d risibile nō ē ꝓpriū.

¶ Sillogismoꝝ aūt concludentium ꝑticularē negatiuā indirecte: tales dantur regule. ſNullus sillogismus cōcludēs ꝑticularē negatiuā indirecte pōt eam cōcludere directe: ⁊ concludēs directe non pōt eā concludere indirecte. Itē prima figura concludit oīa genera propositionū. s. vniuersalē particularē negatiuā affirmatiuā. Secūda concludit vniuersalē ꝑticularē negatiuā. Tertia vero particularē affirmatiuā: ⁊ particularē negatiuā tm̄. vnde versus.

Omne genus claudit ꝓbleumatis prima figura. Fitq̄ negatiue cōclusio queq̄ secunde. Tertia cōcludit tantū modo particularē. De modis oium figurarū isti sunt versus. Barbara celarēt darij ferio baraliptō. Celātes dabitis fapesmo frisesmorum. Cesare camestres festino baroco darapti. Felaptō disamis datisi bocardo ferison. In his versibus sunt decē ⁊ nouē dictiones decē ⁊ nouē modos triū figurarū designātes: ita q̄ per primā dictionē intelligit⁹ primus modus ꝓme figure. et per secūdū secūdus: ⁊ sic de alijs. Unde primi duo versus ꝺseruiūt modis prime figure. Tertius vero versus ꝓter eius vltimā dictionē deseruit modis secūde figure: ita q̄ prima dictio tertij versus deseruit primo modo scōe ⁊ scōa secūdo: ⁊ sic de alijs. Ultima vero dictio tertij versus cum alijs dictionib⁹ quarti versus deseruit modis tertie figure per ordinē. Sciendū ergo q̄ p has quattuor vocales a e i o intelligunt quattuor genera propositionū. ſPer hāc vocalē a intelligitur vniuersalis affirmatiua. per e vniuersalis negatiua. per i ꝑticularis affirmatiua. per o ꝑticularis negatiua. In qualibet dictiōe sunt tres sillabe ⁊ si sit ibi aliq̄d residuū supfluit: ut postea patebit: ⁊ per ꝓmā illarū triū sillabarū intelligitur maior ꝓpositio sillogismi ⁊ per scōam minor: per tertiam cōclusio. Verbi gra ꝓma dictio. s. barbara habet tres sillabas in q̄rū q̄libet ponit⁹ a ⁊ per a ter posi

tum significatur q̄ p̄mus modus p̄me figure cōstat ex duabus vl̄ibus affirmatiuis vl̄em affirmatiuā cōcludētibus: ⁊ ita intelligitur de alijs dictiōibus scōm vocales ibi positas. Item sciendū q̄ p̄me q̄tuor dictiones p̄mi versus incipiunt ab his cōsonātibus b c d f ⁊ omnes alie dictiones sequentes: ⁊ per hoc intelligendū est q̄ oēs modi significati per dictionē inchoantē a b reducūtur ad p̄mū p̄me: ⁊ omnes modi significati per dictionē inchoantem a c ad secundū: per d ad tertiū ⁊ per f ad quartū. Itē vbicūq; ponitur s in his dictionibus significatur q̄ propositio intellecta per vocalem precedentē imediate debet cōuerti simpliciter: ⁊ per p significatur q̄ debet conuerti per accidēs propositio significata per vocalē positam ante p. Vbicūq; autē ponitur m significat q̄ debet fieri trāspositio in p̄missis. Est autē trāspositio facere de maiori minorē ⁊ ecōuersō. Vbi ponitur c significatur q̄ modus intellectus per dictionē illā debet probari per impossibile p̄terq̄z si eēt in p̄ncipio dictionis. vnde versus. S vult simpler verti p vero per acci. M vult transponi c per impossibile duci. Asserit a negat e sed vl̄r ambe. Asserit i negat o sed p ticulariter ambe. Et q̄ Aristoteles in p̄mis ostendit coniugationes in quibus nō sequitur cōclusio ex p̄missis esse inutiles per inuentionē terminorū in quibus non tenet coniugatio: ió vtilis est inuentio taliū terminorū. Vbicumq; igitur fiat inutilis cōiugatio cōtra regulas sillogismorū p̄ius assignatas querende sunt instantie accipiendo duas species cum suo genere ut homo asinus animal. vel duas species cum p̄prio alterius: ut hō asinus risibile: vel vnā speciez cum suo genere ⁊ suo p̄prio: ut animal hō risibile. Vel aliter accipiendi sunt duo termini ut. s. due spēs sub vno genere: ut hō asinus aial: vl̄ duo termini alter de altero p̄dicatur siue cōuertibiliter siue nō cū extraneo vtriusq;: ut hō risibile lapis vel hō aial lapis aut etiā accidentia sunt duo termini quorū alter de altero p̄dicet siue cōuertibiliter siue nō cū superiori ad vtrūq;: ut hō risibile substātia: vl̄ hō aial substātia. Per has enī tres dictas regulas cuicūq; generi applicent siue substātie siue qualitati siue alicui aliorū semp inueniant termini p quos inutilis cōiugatio videbit nō tenere: ⁊ tales terminos Aristoteles appellat in p̄mis terminos in quibus nō sequit cōclusio. In his.n. iuenit instātia: ⁊ est inuenire instātias accipere terminos in quib⁹ nō: est ex acceptis terminis facere cōiugationē in qua p̄misse sint vere ⁊ cōclusio falsa. p̄positiōibus manētibus eiusdē q̄ntitatis ⁊ qualitatis in instātia in cōiūgatiōe inutili cōtra quā dat instātia. Verbi gra hec est inutilis coniugatio: nullus hō est asin⁹: nullus lapis est hō: ergo nullus lapis est asinus: ⁊ isti sunt termini in quib⁹ sic cōtra cōiugationē hāc inutilē: ⁊ sic accipiuntur termini in q̄bus nō. Nullus asinus est hō: nullū risibile ē asinus: ergo nullū risibile est hō. Ecce p̄misse sunt vere ⁊ cōclusio falsa: ⁊ sic manifestat virtus argumēti cū oñdit supra quā cōclusionē potest ⁊ supra quā nō pōt q̄ sit in argumentatione seruata in eadē qualitate ⁊ quantitate p̄pōnū ⁊ manēte eadē figura i vtraq; cōiugatiōe inutili siue falso sillogismo.

Postq̄z auctor determinauit superi⁹ de oib⁹ modis ⁊ figuris sillogismor⁹ in spāli. Hic cōsequenter ad maiorē intellectū precedētiū ponit aliqua notabilia. p̄mo ponēs talē regulā de modis p̄ticularib⁹ negatiuis. q̄ nullus sillogismus cōcludēs p̄ticularē negatiuā directe pōt eā cōcludere indirecte: neq; econuerso cōcludēs eā indirecte pōt eā cōcludere directe. Cui⁹ rō est: q̄ p̄ticularis negatiua nō pōt conuerti in terminis s̄z solū per cōtrapositionē: in qua cōuersione non remanent simplr termini p̄me p̄pōnis. S̄z oēs sillogismi cōcludētes aliquā affirmatiuā vel negatiuā vl̄em per cōuersionē siue cōclusiōis possunt inferre indirecte cōuertentem siue cōclusiōis: sicut declaratur in p̄ma p̄tate sillogismorū. Primo sciendū q̄ sex sunt p̄tates sillogismor⁹ q̄ sunt naturales p̄prietates sillogismi. P̄rima ē posse plura cōcludere ut q̄n sillogismus infert cōclusionē q̄ pōt cōuerti pōt inferre cōuertentē ei⁹ q̄ sequit ad suā p̄ncipalē cōclusionē: ⁊ si plures p̄pōnes sequant ad illā cōclusionē pōt vltra p̄ncipalē cōclusionē inferre plures conclusiones. S̄cda p̄tas est ex falso posse cōcludere verū: sed ex veris nō nisi verū: exemplū p̄mi: ut ois lapis ē aial: ois hō est lapis: ergo ois hō est aial. Tertia p̄tas est posse cōcludere circulariter aliquā p̄missarū q̄n fit capiēdo cōclusionē vnius sillogismi cōuersa cū vna p̄missarū ad inferendū alterā p̄missam. Quarta ē posse cōcludere cōuersine capiēdo oppositū cōclusiōis vnius sillogismi facti cū vna p̄missarū: ad inferendū oppositū alterius p̄misse. Quinta p̄tas est posse cōcludere per impossibile: q̄n fit capiēdo cōtradictoriū cōclusionis probā

pe cū vna premissarū manifeste vera: ad inferēdū vnū manifeste falsum. ex cuius falsitate infert falsitas cōtradictorij cōclusionis phāde. Sexta ptās est posse cōcludere ex oppositis: ut qñ fit sillogismus ex quab⁹ premissis cōtrarijs vel cōtradictorijs: inferēs negationē eiusdē de se ipso: ⁊ de istis ad longū videtur in secō prior. Scō sciendū pro cōparatione figurarū inter se q̄ prima figura cōcludit oīa genera propositionū. s. vle particulare affirmatiuū ⁊ negatiuū: sic patet in q̄ttuor modis directe concludētibus prime figure. Sed secūda figura solū cōcludit tria genera. s. vle ꝑticulare ⁊ negatiuū ⁊ non cōcludit affirmatiuū propter causam predictā in secūda figura. Tertia figura etiā cōcludit tria genera trū: scz affirmatiuū ⁊ negatiuū ⁊ particulare: ⁊ non pōt cōcludere vle propter causam predictā in tertia figura. ⁊ q̄ perfectius est cōcludere vlem affirmatiuam q̄z vlem negatiuam: ⁊ iterū perfectius est cōcludere vlem negatiuā q̄z particularē affirmatiuā vel negatiuā ideo prima figura est perfectior secunda: ⁊ secūda perfectior tertia. Tertio sciēdū pro declaratione oīm modor⁹ triū figurarū; q̄ triū figurar⁹ sunt decē ⁊ nouē modi: nouē prime figure. quattuor⁹ secūde ⁊ sex tertie. quor⁹ nominatio ordo ⁊ numerus in his versibus cōtinentur. Barbara celarent darij ferio baralipton. Celantes dabitis fapesmo frisesmor⁹. Cesare camestres festino baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferison. Et in qualibet dictione rōne sillogismi sunt tres sillabe: ⁊ si sint plures hoc solū est ad perfectionē metri. Et vocalis prime sillabe significat maiorē premissam qualitatem et quātitatē eius. ⁊ secūda vocalis significat minorē: tertia cōclusionē. Unde per a intelligitur vlis affirmatiua per e vniuersalis negatiua: per i particularis affirmatiua: per o particularis negatiua. Quarto sciendū q̄ predictor⁹ modorū quattuor primi modi prime figure sunt perfectiores: et incipiunt per has quattuor cōsonantes b c d f q̄ in ipsis significant ordinē ipsor⁹. sz alij modi reducuntur ad istos q̄ttuor: ⁊ iste consonātes in alijs modis significāt reductionē ipsor⁹: ita q̄ oēs modi incipiētes per b reducunt⁹ ad barbara: per c ad celarent: per d ad darij: per f ad ferio. Item in predictis dictiōibus cū ponit⁹ s significatur q̄ propositio intellecta per vocalē precedentē debet cōuerti simpliciter in reductione talis sillogismi. Et per p designat⁹ q̄ debet fieri cōuersio per accidēs. Et m designat trāspositionē premissarū et c significat reductionē per impossibile: nisi ponat⁹ in principio dictionis: iuxta illos versus. Simpliciter verti vult s: p vero per acci. M vult trāsponi: c per impossibile duci. Resi duū tertus videlicet. Et q̄ Aristo. ⁊c. vsq̄z ad finē tractat⁹ huius: q̄ per se satis clarus est: iō nō indiget alia explanatione. Cōtra predicta primo arguit⁹ sic. Celarēt potest cōcludere particularē negatiuā directe et indirecte: ergo male dicitur q̄ nullus sillogismus cōcludēs particularē negatiuā directe pōt eā cōcludere indirecte. Secundo sic: nulla pars est vlis cū vle ⁊ totū idē sint: sed quelibet cōclusio prime figure est ps respectu maioris premisse: ergo nulla ē vlis sed debet dici particularis: ⁊ sic prima figura nō cōcludit vniuersalē. Tertio sic: extremitates in cōclusione vniuntur eō mō quo vniunt⁹ in premissis cū medio: sed in darapti in tertia figura extremitates vniunt⁹ vlr cum medio: ergo eodē mō possunt vniri in cōclusione: ⁊ pōt ibi cōcludi vniuersaliter. Quarto sic: vnitas sillogismi sumitur ab vnitate cōclusionis: ergo vnus sillogismus hēt tm̄ vnā conclusionē ⁊ non pōt plura cōcludere sicut dictū est. Quinto sic: in omni cōsequētia cōsequēs includitur in antecedēte: sz verū nō includitur in falso: ergo ex falsis non pōt cōcludi verū.

Ad primū dicit⁹ q̄ licet celarēt ex cōsequenti concludat particularē negatiuā directe ⁊ indirecte: tm̄ primo ⁊ per se cōcludit vniuersalē negatiuā. Ad scōm dr̄ q̄ nulla dicitur vlis respectu sui totius: sed bene dicit⁹ vlis respectu suarū ptiū. ⁊ hoc mō cōclusio vlis pme figure dr̄ ꝑticularis ex⁹ modū respectu maioris premisse: sed bene dicitur vlis respectu suarū singlariū rōne sui subiecti distributi. Ad tertiū dr̄: q̄ licet in darapti extremitates vniantur vlr cū medio vlitate medij qđ distribuitur: nulla tm̄ vnitur cum ipso vlīter ex̄pte sui: q̄ nulla extremitas ibi distribuit⁹ rōne cuius nulla pōt distribui in cōclusione. Ad quartū dicit⁹ q̄ licet vnius sillogismi sit tm̄ vna principalis conclusio: tm̄ possunt esse plures minus principales q̄ inferunt⁹ in virtute prime cōclusionis; nō oēs ille se habent per modū conclusionis quantū ad virtutē qua inferunt⁹: licet varientur materialiter quantū ad numerū ꝓpositionū. Ad quintum dr̄ q̄ licet verū nō includat⁹ in falso rōne forme falsitatis; tm̄ includitur rōne materie scz terminor⁹ vel propositionū quibus inest falsitas: ⁊ sic in falso pōt includi verū; ⁊ hec de sillogismo simpliciter dicto pro nunc sufficiant.

Incipit tractat⁹ quintus de locis dyaleticis.

Altio multipliciter dicitur. Uno enim modo idem qđ diffinitio vel descriptio ut hic. Uniuoca sūt quorū nomē est cōmune ⁊ rō secūdū illud nomē substantie est eadē. Allio aūt modo idē est q̄ queda virtus anime. Allio modo idē q̄ animo ostendens aliquid sicut sunt rōnes disputationū. Allio modo idem est q̄ forma materie ut in cultello ferrū est materia dispositio vero inducta super ferrū est forma. Allio modo idem q̄ essentia cōmunis predicabilis de pluribus: ut essentia speciei vel generis vel differentie. Allio autē modo ratio idem est q̄ mediū inferens cōclusionē. ⁊ hoc vltimo modo sumitur ratio in diffinitione argumenti. Unde versus,

Diffinit virtutem ostēdit forma vel esse,
Est mediū ratio per qđ cōcluditur ergo.

Iste est quintus tractatus summularū magistri Petri hispani in quo ipse postq̄z in quarto tractatu determinauit de sillogismo simpliciter dicto ꝑ suā formā nō contracto ad aliquā materiā specialē. Hic consequenter determinat de sillogismo dyaletico qui est sillogismus contract⁹ ad materiā probabilē. Et ratio ordinis est: quia in rebus artificialibus siue sint entia realia siue rationis vnūqōq̄z habet prius cognosci secundū suā formā q̄z q̄ illa forma contrahatur ad materiā aliquā. sicut domificator prius cognoscit formā domus secundū se q̄z applicet eā ad determinatā materiam. Et quia sillogismus aliquo modo est ens artificiale scilicet eius rationis: ideo cōueniēter determinatū est prius de sillogismo simpliciter qui se habet per modum simplicis q̄z de sillogismo cōtracto ad aliquam materiā qui se habet per modum compositi. Primo sciendū q̄ sillogismus triplicit⁹ cōtrahit⁹ ad materiā. Uno mō ad materiā necessariā q̄ ē naturalis materia: ⁊ sic est sillogism⁹ demōstrat⁹. Scō mō ad materiā probabilē q̄ est materia cōtingēs vlr capta sub mō contingentie: ⁊ sic est sillogismus dyaleticus. Tertio mō ad materiā apparentē q̄ est qñq̄z materia rem

ta inq̃tū habet similitudinē quandā cū materia probabili: ꝛ sic ē sillogismus sophistic⁹. ꝛ qz materia naturalis est p̄fectior materia ꝓbabili: ꝛ ꝓbabilis apparēter: ꝓbabili: ió sillogism⁹ demōstratiu⁹ est p̄fectior dialetico: ꝛ siliter dialeticus sophistico. Sed petrus hispa. nō facit mentionē de demōstratiuo sillogismo: eo q̄ est introductor nouenū. de quo tñ determinat Aristo. in libro posteriorū. Sed petr⁹ hispa. facit mētionē de dialetico ꝛ sophistico: ió iste tractat⁹ cōuenienter ordinat⁹ post tractatū de sillogismis: ꝛ añ tractatū de fallacijs. ¶ Secūdo scādū est q̄ propriū subiectū hui⁹ tractatus est sillogism⁹ dialeticus: eo q̄ de ipso principaliter hic intenditur ꝛ oia hic cōsiderata habēt reductionē ad ipsum: et est adequat⁹ scibtie hui⁹ tractat⁹: ꝛ licet ista scientia nominetur a loco: tñ hoc nō ē tanq̃ a ꝓprio subiecto: ꝫ tanq̃ a principio sui subiecti: qz locus in quo fundatur sillogism⁹ dialeticus ē principiū sillogismi dialetici: et sub tali rōne hic cōsiderat⁹ de locis. ¶ Et q hoc ꝓ q̄ sit causa materialis huius tractatus. ¶ Et etiā q hoc habet causa finalis ei⁹ q̄ est p̄fecta cognitio sillogismi dialetici. et eius causa efficiēs dicta est prius. Et ei⁹ causa formalis ē mod⁹ p̄cedēdi: q̄ est diffinitiu⁹ nouissimus: ꝛ exemplor positiuus. Sed forma tractat⁹ est diuisio huius quinti tractatus p partes. Mñ hic pn⁹ determinat⁹ de sillogismo dialetico in cō: deinde in speciali ostendēdo quo modo fit ꝑm diuersos locos particulares. ¶ Et quia in diffinitione argumenti ponitur ratio: ideo auctor primus ostendit multiplicitatē eius. Tertio scaendū q̄ ser modis sumitur ratio. Primo modo sumitur pro diffinitione rei: ut sumit⁹ in diffinitiōe equiuocorū: cum dicitur ꝑm illud nomē ratio substātie est diuersa. Secūdo modo capitur ratio pro intellectu ut idem est quod intellectus: ꝛ sic diffinitur ab Ysach. Ratio est anime intellegibilis virtus faciens currere causā in causatū. Tertio modo sumitur pro argumentatiōe: ut ē oratio ostendens aliquid de aliquo. Quarto mō sumit⁹ ꝓ forma partis que est forma materie. Quinto mō capit⁹ pro forma totius que est essentia predicabilis de multis: ut essentia generis vel speciei. Sexto modo capitur pro medio ꝓbatiuo cōclusionis: de quo erit postea ad propositū in diffinitione argumēti: qui modi in his versibus cōtinentur. Diffinit: virtus: ostendit: forma: vel esse. Est medū ratio: per qō concluditur ergo. Quarto scaendū q̄ istorū modorū sic potest haberi sufficiētia: quia ratio sumitur ab hoc qō ē ratiocinari: vel ergo sumitur pro ipsa ratiocinatiōe: ꝛ sic ē tertius modus. vel pro principio ratiocinatiōis vel discursus: ꝛ hoc est dupliciter: quia vel est principiū efficiens principale discursus: ꝛ sic est secūdus modus. vel instrumētale tantū ꝛ hoc est dupliciter: qz vl sumitur formaliter inq̃tum ē ꝑncipiū discursus: et sic est sextus modus. vl ꝑm id quod est: et hoc est dupliciter: quia vel est principiū complexū: ꝛ sic est primus modus. vel incomplexū: ꝛ hoc dupliciter: quia vl se habet per modū partis: ꝛ sic est quartus modus. vl per modū totius: ꝛ sic est quintus modus. Sed contra predicta arguitur primo sic: si ratio idem esset quod diffinitio sequeretur q̄ asinus haberet rationē: cum asinus habeat diffinitionē: sed illud quod habet rationē est rationale: ergo asinus ē rationalis quod est falsum. Secūdo sic: idē nō facit hominē conuenire ꝛ differre respectu eiusdē: sed per intellectū homo conuenit cum angelo: ꝛ ab eo differt per rationē: ergo intellectus ꝛ ratio non sunt idem. Tertio sic: effectus rationis nō est ratio: sed argumentatio est effectus ratiōis. ergo nō est ratio. Quarto sic: si forma materie eēt ratio: vl esset ratio materie vel cōpositi. sed nullū est dicendū: qz differt ratione ab vtroq̃. ergo ratio nō debet sumi pro forma materie. Quinto sic: essentia rei: forma materie: ꝛ diffinitio rei idem realiter important: ergo quintus modus rationis male distinguitur a primo ꝛ quarto. Ad primū istorū dicitur q̄ si capiatur ratio ꝓ virtute intellectiua anime: sic omne habens rationem est rationale: sed nō si capiatur pro oratiōne que explicat esse rei ut sumitur in primo modo ideo licet asinus hoc modo habeat rationē: non tamen ē rationalis. Ad secundū dicitur q̄ licet idem sub eadē ratione nō facit hominē cōuenire ꝛ differre respectu eiusdem: tamen bene secundū diuersas rationes: ꝛ sic intellectus hominis inq̃tum est simpliciū apprehensiuus facit hominē cōuenire cum angelis: ꝛ inq̃tum est discursiuus facit eū differre ab ipsis ꝛ sic facit eum cōuenire ꝛ differre secundū diuersos actus. Ad tertiū dicitur q̄ licet argumētatio non sit ratio ut sumitur pro intellectu qui essentialiter ratio dicitur: argumentatio tamē participatiue vocatur aliqua ratio eo q̄ est effectus rationis. Ad quartū dicitur q̄ licet forma materie nō sit ratio completa materie vel cōpositi: est tamē ratio vtriusq; per modū principij: sed materie per modum principij finalis: ꝛ est principium formale compositi. Ad quintum dicitur q̄ ratio in quinto modo sumitur pro forma totius secundū se: ꝛ in primo modo pro oratiōe explicante formā totius: et in quarto modo pro forma partis ut dictū est: ideo illi modi ab inuicē distinguūtur.

¶ Argumentum est ratio rei dubie faciens fidē idest medium ꝓbans cōclusionē q̄ debet cōfirmari ꝑ argumētū. Est enī cōclusio argumēto vel argumētis approbata ꝓpositio. sed anteq̃ ꝓbetur est dubitabilis: ꝛ tūc est idem q̄ q̄stio. Questio enim diffinit sic. Questio est dubitabilis ꝓpositio. Medium est qō habet duo extrema.

Postq̃ auctor posuit distinctionē modorū rationis ad eliciendū membrum quod ponitur in diffinitione argumenti hic cōsequenter determinat de argumēto ipsum primo sic diffiniens. Argumentū est ratio rei dubie faciēs fidē. ꝛ explicat cū dicit. i. medium probans cōclusionē que debet cōfirmari per argumentum. In qua diffinitione ponitur ratio loco generis. Ratio enim dicitur tam de medio sillogismi simpliciter q̃ de medio sillogismi demōstratiui q̃ et ꝙ sillogismi dialetici. Et argumentū nō dicitur de medio sillogismi simpliciter. Deinde ponitur rei dubie faciēs fidē: ad differentiā medij sillogismi simpliciter qui nō est ꝓbatiuus nec demōstratiuus inq̃tum huiusmodi. nec facit fidē de cōclusione ꝫ solū habet necessitatē inferēdi cōclusionē ꝛ nō probandum ipsam. Primo scaendū q̄ argumentū potest capi dupliciter. Uno modo pro ipsa intentione que attribuitur termino ꝓbatiuo alicuius cōclusionis. Alio mō pro re subiecta intentioni que est ille terminus siue medium probatiuum cōclusionis hic autē nō diffinitur argumentū pro re subiecta intentioni secundū se nec pro intentione secundū se: sed pro intentione concreta rei: vel pro re subiecta intentioni secundum q̄ sibi subiecta est: ꝛ diffinitur pro toto cōposito secundū rationem ex re ꝛ intentione: ꝛ res se habet per modū materialis: intentio vero per modū formalis sub quo illud materiale diffinitur. ꝛ sic patet quid sit diffinitū in hac diffinitione. Secūdo scaendū q̄ medium ratio et argumentū idē sunt secundum rem: sed differunt secundū rationes superiorus ꝛ inferiorus: quia dicitur medium inq̃tum habet duo extrema: ꝛ est vnitiuū extremorū secundū aliquē modū. Sed tale medium dicitur ratio inq̃tum est instrumentū intellectus vl rationis ad inferendū aliquā conclusionē: sed idē medium dicitur argumentum inq̃tū habet vim probatiuam respectu cōclusionis: quā addit vltra virtutē illatiuā: ratione cuius dicitur argumentum quasi arguēs mentē: quia per illaz virtutē aliquo modo cogit mentē ad concedendū conclusionem. Et prouenit illa virtus probatiua propter habitudinem medij ad extrema q̄ est notior intellectui q̃ habitudo extremitatū inter se. ꝛ cū intellectus apprehendit illā habitudinē vel conuenientiam extremorū cū medio eē necessariā cogit simpliciter assentire cōclusioni: ꝛ cū ipsa cognoscitur ut contingens intellectus assentit probabiliter tantū: ꝛ per hoc patet quomodo medium ꝛ ratio se habent per modū superiorū ad argumentū. Tertio scaendū est q̄ fides dupliciter accipitur. vno modo ꝑ assensu vel credulitate intellectus circa aliq̄d credibile ꝓpter auctorem aut amorē prime veritatis ipsum reuelantis: ꝛ sic ē virt⁹ theologica: q̄ ꝙ argumētū nō acquirit: ꝛ hoc mō nō ca-

pitur in diffinitione. Alio mō capitur fides pro assensu intellectus ad aliquā cōclusionē mediāte rōne ꝓbabili ⁊ sic ē credulitas qua intellectus credit cōclusionē esse verā per aliqō argumentū. ⁊ hoc mō argumentus est faciens fidē de re dubia eo ꝙ habet virtutē ꝓbatiuā cōclusionis: per quā facit intellectū credere cōclusioni que prius erat dubia: iō bene dicitur mediū probans cōclusionē. Quarto sciendus ꝙ cōclusio q̄stio propō ⁊ enūciatio sic inter se differūt: qr enūciatio dicitur cōclusio prout est argumento vel argumentis approbata propositio: ⁊ tunc accipitur tanq̄ certa: sed dicitur anteq̄ probetur questio ⁊ est adhuc dubia. Est enim q̄stio dubitabilis propositio: vel est propositio sumpta cum signo interrogatiuo. Sed dicitur propositio prout potest poni pro alio scilicet pro conclusione inferenda. et quia argumentū facit cognitionem propositionis que prius erat dubia: ⁊ postea cū probatur dicitur conclusio: ideo bene dicit argumentū ratio rei dubie faciens fidem. idest medium probans conclusionē. Contra predicta arguitur primo sic: idem nō diffinitur per seipsum: sed argumentū ⁊ ratio idez sunt secundū rationē vltimo modo captam ut hic accipit: ergo male diffinitur argumentū per rationē. Secūdo sic de re certa bñ fit argumentū ut de ista propositione deus ē: que est certissima ⁊ tamen illud nō est rei dubie faciens fidē ergo contra diffinitionē. Tertio sic: locus dialecticꝰ ⁊ etiā sillogismus dialeticus est ratio rei dubie faciens fidem et tamen nullū eorū est argumentū: ergo ista diffinitio nō cōuenit soli diffinito. Quarto sic: in illo sillogismo: omnis lapis est animal: omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. tertia propositio est conclusio: ⁊ tamen non est probata argumento vel argumētis: quia falsum nō est mediū probatiuū veri: cum sit ignotius ipso: ergo male diffinit cōclusio. Quinto sic: omnis propositio est vera vel falsa. ſz questio non est vera vel falsa determinate: ut dicendo vtruz sortes currit: nō significatur determinate verū vel falsum: ergo male dicitur ꝙ questio est dubitabilis propositio. Ad primū dicitur ꝙ licet argumentū ⁊ ratio idē sint secundum rem: tamen differunt ratione: ⁊ ex ea parte qua differūt ratio est cōmunior ⁊ notior argumento: ideo argumentū bene diffinitur per rationē siue per mediū. Ad secundū dicitur ꝙ argumentum non facit fidem de re certa inq̄tū certa sed inq̄tum ponitur sub modo dubij ⁊ per modum questionis: ideo semper facit fidē de re dubia siue secundum rem siue secundū modū. Ad tertium dicitur ꝙ locus dialeticus non facit immediate fidē de re dubia sed mediate inq̄tum in ipso fundatur argumentū: ⁊ sillogismus dialeticus non facit fidē conclusionis ratione sui sed ratione sui medij in quo est virtus probatiua conclusionis: ideo solum argumentū per se ⁊ immediate facit fidem de conclusione. Ad quartū dicitur ꝙ licet in illo sillogismo sit conclusio sillogismi simpliciter: non tamen ibi est conclusio sillogismi probatiui pro qua solum hic diffinitur cōclusio. Ad q̄ntū dicitur ꝙ licet questio formaliter accepta sub modo questiōis non sit vera vel falsa: tamen q̄tum ad suum materiale cui additur signum interrogatiuū significat verū vel falsum: iō bene dicitur materialiter propositio. ⁊ additur dubitabilis ad explicandum formale eiꝰ quod est acceptio eius sub modo questionis ⁊ dubij.

¶ Argumentatio est argumenti per oratiōnē explicatio: idest oratio explicans argumentū. Differt aūt argumētū a medio ⁊ ab argumtēatione: qr mediū dicitur eo ꝙ habet duo extrema. Argumentuz dicit eo ꝙ addit supra mediū virtutē probandi conclusionē. vnde ad hoc ꝙ sit argumentū exigitur ꝙ sit mediū et ꝙ habeat virtutē probandi conclusionē. Argumentatio autem dicitur oratio totalis composita ex ꝓmissis et cōclusione: et in illa manifestatur virtꝰ argumēti. Aliquādo enim totalis ōro potest inferre vniuersalē affirmatiuā. Aliqñ nō nisi ꝑticularē affirmatiuam. aliquādo nō nisi vniuersalē negatiuā. aliqñ vero nō nisi ꝑticularē negatiuam: ut supius est ostēsum p regulas. Argumentationis quattuor sunt species: sillogismus: inductio: entimema exemplū. Diffinitio sillogismi dicta est iam prius.

Postq̄ auctor determinauit de argumento qō est principiū argumētationis. Hic cōsequēter determinat de ipa argumētatione ipsam primo sic diffiniēs. Argumentatio est argumenti per orationē explicatio. In qua diffinitione ponitur explicatio loco generis. Et ponitur argumenti ꝑ orationē: ad differentiā diffinitionis que est explicatio diffiniti: ⁊ ad differētiā orationū cathegoricarū ⁊ ypotheticarū quibus nō conuenit explicare virtutē argumēti. Et huius diffinitionis sic pōt dari ratio: quia argumētatio dicitur totalis oratio cōposita ex premissis ⁊ cōclusione. sed in tali oratione manifestatur virtus argumenti: quia aliqua totalis oratio infert vniuersalē affirmatiuā. Et in hoc explicat ꝙ mediū eius habet virtutem probandi ⁊ inferendi vniuersalē affirmatiuā. alia vero vniuersalez negatiuam alia particularem affirmatiuā. alia particularem negatiuaz. ⁊ in hoc manifestatur virtus argumenti quia in illis argumentationibus medium habet diuersam virtutē ꝓbandi et inferēdi conclusionē. Primo sciendum ꝙ argumētatio ⁊ argumētum sic inter se differunt: quia argumentū est mediuz habens virtutē inferēdi ⁊ ꝓbandi conclusionem aliquam. sed argumētatio ē oro. q̄ explicat talē virtutem ipsius argumenti. Sicut enī diffinitio explicat ipsū diffinitū resoluēdo ipsum per sua principia. ſ. per genus ⁊ differentiā. ita similiter argumētatio explicat virtutem argumenti ostendendo quomodo mediū habet conuenientiaz ⁊ habitudinem ad maiorē extremitatem ⁊ minorez: ⁊ quomodo extremitates habent conuenientiā cū medio. per quā conuenientiam cognoscitur virtus medij qua possunt vnuri extremitates inter se: ⁊ per quam potest inferri ⁊ probari conclusio. Secundo sciendum ꝙ argumentatio dupliciter capitur. vno mō generaliter pro omni oratione in qua est antecedens ⁊ cōsequēs ⁊ medium illatiuum conclusionis. Et hoc modo se extendit ad quēlibet modū argumentationis. Alio modo capitur specialiter solū pro argumētatione probatiua: cuius mediū habet virtutē illatiuā ⁊ probatiuam respectu conclusionis. Et sic in diffinitione prepposita diffinitur argumētatio probatiua: ⁊ nō diffinitur ibi argumētatio cōiter accepta pro quacūq̄ oratione illatiua cōclusionis. Et huius ratio est: quia sicut in hoc libro nō habet considerari sillogismus in tota cōitate eius: sed consideratur specialiter de sillogismo dialetico qui ꝓbatiuꝰ est. ita similiter nō habet hic considerari argumentatio in tota communitate eius sed solum argumētatio probatiua. Tertio sciendum ꝙ argumētatōis quattuor sunt spēs. ſ. sillogismus inductio entimema ⁊ exemplū. Quarū sic habetur sufficientia: quia in oī argumētatiōe ꝓcedit ab añte ad q̄ñs: vel ergo ibi est processus a toto vl̄ a parte. si a toto siue vl̄: hoc ē dupliciter. vel in añte sunt due premisse simul disposite in mō ⁊ figura. ⁊ sic est silogismus. vel ibi est vna premissa tm̄ ⁊ non fit dispositio in modo ⁊ in figura in añte: ⁊ sic est entimema. In hoc enīz cōueniūt sillogismus ⁊ entimema: qr in vtroq̄ fit processus a toto ad partē: siue ab vl̄i ad particulare. Sed si fiat ꝓcessus a ꝑte hoc est dupliciꝫ. vl̄ fit a singularibus ad vniuersale: ⁊ sic est inductio. vel ab vno singulari ad aliud singulare: ⁊ sic est exēplū. Quarto sciēdū ꝙ ista diuisio argumentationis nō est diuisio generis in suas species: qr diuisiuz nō ꝓuenit equaliter mēbris diuidentibꝰ

ſed eſt diuiſio analogi in ſua analogata: eo q̄ argumentatio dicitur de ipſis q̄tuor ſm prius ⁊ posteri⁹: ⁊ ideſt quia argumētatio dicitur ab hoc quod eſt arguere mētē ad aſſentiendū concluſioi que infertur: ſz hoc per ſe p̄mo cōuenit ſillogiſmo ⁊ nō alijs ſpēbus argumentationis: miſi in q̄ntū in ipſis eſt aliquo modo virtus ſillogiſmi: rōne cuius alie ſpēs a ſillogiſmo ſumūt rōez argumētatōis ab eo. Cōtra p̄dicta ar̄ p̄mo ſic: argumētatio ⁊ argumētū differūt ſicut p̄creatū ⁊ abſtractum: quia cōueniūt in principio dictōis ⁊ differūt in fine, ſed abſtractum non habet explicare cōcretū: ergo argumētatio non eſt argumenti explicatio. Secūdo ſic: ſillogiſmus procedēs ex manifeſte falſis eſt argumentatio: cum ſit ſub vna ſpecie argumētatōis: ⁊ tamē nō eſt explicatio argumēti: cū in eo nō ſit mediū habens virtutem p̄bandi cōcluſionē: ergo male ponitur diffinitio argumentationis. Tertio ſic: argumētatio dicit quaſi arguēs mētē. ſed tota oratio compoſita ex p̄miſſis ⁊ concluſione non arguit mentē: q⁹ hoc ſolū conuenit añti. ergo male dicitur q̄ argumētatio eſt totalis oro cōpoſita ex p̄miſſis ⁊ cōcluſiōe. Quarto ſic: in p̄mo thopicorū ſolū enumerantur due ſpēs argumētatōis. ſ. ſillogiſm⁹ ⁊ inductio: ergo hic male ponūtur q̄tuor. Quinto ſic: ſpēs inter ſe oppoſite nō reducūtur vna ad aliā: ut hō ⁊ equ⁹. ſz oēs ſpēs argumētatiōis a ſillogiſmo reducūtur ad ſillogiſmū: ergo nō ſūt ſpēs ſiue modi ab eodē diſtincti. Ad primū dicitur q̄ ſz argumētatio ⁊ argumētū cōueniāt in principio dictōis ⁊ differant in fine: non tñ cōueniunt in re ſignificata: quia argumentū ſignificat mediū argumētatiōis: ⁊ argumentatio totam orationē cōpoſitam ex p̄miſſis ⁊ cōcluſiōe: ideo nō differūt ſolū ſicut cōcretū ⁊ abſtractū: rōne cui⁹ vnū pōt eſſe explicatio alterius. Ad ſecundū dicit q̄ ſillogiſmus p̄cedēs ex manifeſte falſis nō eſt argumētatio p̄bativa de q̄ ſolū intelligitur in hac diffinitōe: ſed ſolū eſt argumētatio illativa. Ad tertiū dicitur q̄ tota oro cōpoſita ex p̄miſſis ⁊ cōcluſiōe bene arguit mentē ſm partē eius ⁊ reſpectu añti ⁊ hoc capiendo tota collectiue p̄ p̄fecta: q⁹ ſi caperet tota diſtributiue ut eſt idē q̄ q̄libet pars: ſic tota oro cōpoſita ex p̄miſſis ⁊ cōcluſiōe nō arguit mentē ſed vna pars tantū. Ad q̄rtū dī q̄ Ariſto. in p̄mo thopicoꝝ ſub ſillogiſmo cōprehēdit entimema: ⁊ ſub inductione exēplū. Ad quintum dicit q̄ ſz alie ſpēs quantū ad virtutē inferēdi ad ſillogiſmū reducant: non tñ q̄ntū ad formā arguendi: ideo ſunt ſpecies a ſillogiſmo diſtincte

¶ Inductio eſt p̄greſſus a partibus ſufficiēter enumeratis ad ſuū vle ſiue totuz ut hic ſor. curit hic plato currit: ⁊ ſic de ſingulis: ergo omnis homo currit.

Poſtq̄ auct⁹ ſupi⁹ dixiauit de argumētatiōe in cōi tā diffinitiue q̄z diuiſiue ipſam diuidēdo p̄ ſuas ſpēs. Hic p̄nt dixiat de ſpēbus ei⁹. Et quia diffinitio ſillogiſmi eſt poſita ſufficiēter in quarto tractatu: quia p illā diffinitionez pōt diffiniri ſillogiſm⁹ ſimpliciter remota illa p̄ticula ⁊ cōcluſis ⁊ etiā ſillogiſm⁹ dialecticus poſita eadē p̄ticula: ut dicēdo: ſillogiſmus eſt oro in qua q̄buſdā poſitis ⁊ cōceſſis neceſſe eſt aliud accidere p̄ ea q̄ poſita ſunt ⁊ cōceſſa. ideo auct⁹ ſe excuſat de ſpeciali determinatione ſillogiſmi: q⁹ diffinitio eius data eſt prius. iō inter alias ſpēs argumētationis primo determinat de inductiōe: q⁹ eſt aliquo modo perfectior alijs.

Primo ſciendū q̄ ſic diffinit inductio. Inductio eſt p̄greſſio a ſingularibus ad vle p̄bandū: ut ſortes currit: plato currit: ⁊ ſic de alijs: ergo oīs homo currit. In qua diffinitione ponitur p̄greſſio loco generis. ⁊ capitur ibi ſimilitudinarie p̄greſſio per ſimilitudinē ad motū p̄greſſiuū animalis: q⁹ ſicut ille mot⁹ fit p̄ponēdo pedē pedi: ſic ille mot⁹ rōnis. i. p̄greſſio fit capiēdo vnuz ſingulare poſt aliud: iō ibi capitur p̄greſſio p̄ motu rōnis. deinde ponitur a ſingularibus: ad differētiam ſillogiſmi ⁊ entimematis q̄ procedunt ab vlibus ad ſingularia: ⁊ ſubiūgit ad vle: ad differētiā cr̄ēpli q̄ procedit ab vno ſingulari ad aliud: ⁊ nō ad vniuerſale. Ex qua diffinitiōe patet q̄ inductio ⁊ deſcenſus aliquo mō opponuntur: q⁹ deſcenſus eſt ab vniuerſali ad particulare: inductio vero ecōtra. Scōo ſciendū q̄ ſingulare dupliciter ſumitur. vno mō ſpecialiter ſolū p̄ indiuiduo determinato. Alio mō generaliter p̄ quolibet inferiori alicuius ſuperioris: ⁊ hoc mō ſpecies alicuius vniuerſalis poſſunt dici ſingularia generis: q⁹ licz nō ſint ſingularia ſimpliciter. ſunt tñ ſingularia in reſpectu. ⁊ hoc mō ſumitur ſingulare in diffinitione: ⁊ etiam capitur vniuerſale generaliter p̄ quolibet ſuperiori: ⁊ nō fit proceſſus ad vniuerſale indefinite acceptū: quia ibi non eſt p̄prie inductio ſortes currit plato currit ⁊ ſic de alijs: ergo homo currit ſed debet fieri proceſſus ad vniuerſale vniuerſaliter ſumptū q̄ eſt vniuerſale ſecundū rem ⁊ modū ſimul: ut cōcludendo: ergo omnis homo currit. Tertio ſciendū q̄ dupliciter poteſt fieri inductio. Vno mō enumerando aliqua ſingularia tantū ⁊ nō omnia: ut dicendo ſortes currit plato currit: ergo omnis homo currit. ⁊ hec inductio nō eſt cōſequentia neceſſaria: quia antecedens poteſt eſſe verū conſequente exiſtente falſo: ſed eſt probabilis tantū. Alio modo fit inductio enumerādo omnia ſingularia ſimul: ⁊ adhuc poteſt fieri dupliciter. Vno modo enumerādo omnia ſingularia in propria forma cū illa particula: ⁊ nō ſunt plura. Alio modo enumerādo aliq̄ ſingularia in propria forma ⁊ cōprehendēdo alia ſub vna clauſula cōmuni: ut dicendo ⁊ ſic de alijs. ⁊ vtroq⁹ iſtorū modorū inductio eſt cōſequētia neceſſaria: ſed tamē nō eſt cōſequentia formalis: ſed materialis tantū: quia tenet gratia habitudinis materialis: ſcilicet p̄pter habitudinē ſingulariū ad ſuū vniuerſale p̄pter quā habitudinē p̄ ſupponitur in inductione vna p̄poſitio per ſe nota que cōtinetur in mente: ex qua cū antecedente inductionis fit ſillogiſmus reducēdo inductionem ad ſillogiſmuz. Quarto ſciendū q̄ inductio ſic reducitur ad ſillogiſmū: quia in concluſione inductionis ſunt duo termini quorum ſubiectū ſit minor extremitas ⁊ predicatuz ſit maior extremitas in ſillogiſmo: ⁊ ſingularia que nō ponunt in concluſione accipiūtur p̄ medio: ut iſta inductio ſortes currit plato currit: et ſic de alijs: ergo omnis homo currit: ſic reducitur: omne q̄d eſt ſortes vel plato: et ſic de alijs currit: omnis homo eſt ſortes vel plato: et ſic de alijs: ergo omnis homo currit. ⁊ debēt capi illa ſingularia diſiūctiue ⁊ nō copulatiue: quia nō poſſunt cupulatiue verificari de ſuo vniuerſali: ſz diſiūctiue tā tū. Cōtra predicta arguitur primo ſic: inductio eſt motꝰ rationis vel intellectus cū ſit argumētatio: ſed motus intellectus nō fit a ſingularibus: quia intellectus non cognoſcit ſingularia ſed ſolū vniuerſale quod eſt obiectū eius ergo inductio nō fit a ſingularibus. Secūdo ſic: in omni argumētatione p̄bativa antecedens debet eſſe notius cōſequente ſed ſingularia nō ſunt notiora ſuo vniuerſali: cuz ſint infinita ⁊ indeterminata: ergo inductio nō fit a ſingularibus ad vniuerſale. Tertio ſic: hec eſt bona inductio: omnis equ⁹ currit: omnis homo currit: ⁊ ſic de alijs ſpeciebus animalis: ergo omne animal currit: ⁊ tamen ibi non arguitur a ſingularibus ad vniuerſale: ergo contra diffinitionē. Quarto ſic: hic arguitur a ſingularibus ad vniuerſale: ſortes currit: plato currit: ⁊ ſic de alijs: ergo omnis aſinus currit: ⁊ tamen ibi non eſt bona conſequentia: ergo male dicitur q̄ inductio eſt bona conſequentia. Quinto ſic: in omni ſillogiſmo ſunt tres termini. ſed in inductione ſunt plures termini q̄z tres: ergo inductio nō reducitur ad ſillogiſmū. Ad p̄mū dicitur q̄ licet intellectus non cognoſcat ſingularia directe: tamen bene cognoſcat reflexe per hoc q̄ intellectus reflectitur ad ſenſum quo ſingularia cognoſcuntur: ſed ſoluz cognoſcit vniuerſale directe tanq̄z p̄priū obiectum eius.

Ad ſecunduz dicitur q̄ licet ſingularia non ſint notiora ſimpliciter ſuo vniuerſali: tamē ſunt notiora quo ad nos q̄z ſuum vniuerſale. et licet aliquando ſingularia ſint infinita quo ad nos: tamen aliqua poſſunt eſſe nobis nota: ⁊ tunc enumerando illa que ſunt nobis nota ⁊ comprehendendo alia ſub illa clauſula cōmuni: ⁊ ſic de alijs poteſt fieri inductio. Ad tertium dicitur q̄ licet ibi non bene arguatur a ſingularibus ſimpliciter: tamen bene arguitur a ſingulari-

bus in respectu: quia ista omnis equus currit est quodāmodo singularis ad istam: omne animal currit: ꝛ hec sufficit ad inductionē ut dictum est. Ad quartū dicitur ꝙ ibi nō arguitur a singularibus ad vniuersale illorū singulariū enumeratorū quod ad inductionē requiritur. Ad quintum dicitur ꝙ licz in inductōe sint plures termini q̄z tres ꝑm vocem: tamen accipiuntur per modum trium in sillogismo: quia cuncta singularia in antecedente inductionis posita capiuntur pro medio.

¶Entimema est sillogism⁹ imꝑfectus .i. oratio in qua nō oibus ante positis ꝓpositionibus infert conclusio festinata: ut oē animal currit: ergo ois hō currit. In hac enim dicta argumētatiōe intelligit hec ꝓpositio: ois hō est aial ꝛ non apponit ibi: quia si apponeret perfectus esset sillogismus. Aristo. autem sic diffinit entimema. Entimema est ex icotibus ꝛ signis. Icos autem idem est ꝙ propositio probabilis. Signū autē ꝙ hic sumitur idē est ꝙ ꝓpositio demōstratiua vel necessaria: ꝛ hoc est inferēdo. vnde signū cōmuniter ꝑm ꝙ hic sumitur dicit necessitatez illationis. Icos dicit ꝓbabilitatē ipsius ꝓpositionis in se: ꝑm quam ꝓbabilitatem propositio videtur esse vera. Unde nota ꝙ in entimemate est tm̄ ꝓpositio vna inferēs: et alia illata. vnde ꝑz ꝙ propositio inferēs apparet omnibus vel pluribus esse vera: sicut est icos quia iam sic ē probabilis: ut quilibet diligit diligentē se. Sciendū aūt ꝙ illa eadez propositio de necessitate infert cōclusionē: ꝛ sic est signū: ꝛ sic eadez ꝓpositio est icos ꝛ signū: ꝑz secundū aliud ꝛ aliud. Siquis obijciat ꝙ debz diffiniri entimema sic. Entimema est ex icote ꝛ signo: cum non sit nisi vna propositio inferens que est icos ꝛ signū ꝑm diuersa. Dicendū est ꝙ licz sit tm̄ vna propositio inferens: habet tamē in se virtutē duarū propositionuz. qz habet in se virtutē suā propriam ꝛ illius que intelligitur: ꝛ sic est vna ꝑm substantiā: ꝛ est due propositiones ꝑm virtutem: ꝛ ideo dicit in plurali ex icotibus ꝛ nō ex icote: ꝛ sil̄r ex signis ꝛ nō ex signo. Sciendū autē ꝙ omne entimema debz reduci ad sillogismū: qz in quolibz entimemate sūt tres termini sic in oi sillogismo: quoz terminoz duo ponunt in ꝓclusiōe ꝛ sunt extremitates. aliud aūt ē medium qđ nunq̄z ponitur in ꝓclusiōe. Illarū autē extremitatū altera sumpta est bis: in entimemate altera sel̄ et extremitate semel sumpta et medio debz fieri propositio vna ꝑm exigētiā modi: ꝛ sic fiet sillogism⁹ Uerbi grā: in hoc entimemate: oē aial currit: ergo ois hō currit: hō ꝛ currit sūt extremitates: animal est medium. sed extremitas hec scilicet hō sumpta est semel: ergo ex ipsa ꝛ medio fiat propositio vna: sic ois hō est animal: et tūc cōpletus erit sillogism⁹ sic: omne animal currit: ois homo est animal: ergo omnis homo currit. Ꝛēplū autē est quando per vnū particulare probatur aliō particulare per aliquod simile repertū in ipsis: ut legionēses cōtra astoricēses pugnare malum est: ergo astoricenses contra camorenses pugnare malū ē. vtrūqz enim̄ est malum affines contra affines pugnare.

¶Postq̄z auctor determinauit de sillogismo ꝛ inductione que sunt principaliores partes argumentationis. Hic consequenter determinat de entimemate ꝛ exemplo que sunt reducibiles ad alias species: scilicz entimema ad sillogismū: et exemplū ad inductionē: et quia entimema est exemplo perfectius: ideo prius determinat de entimemate q̄z de exemplo ipsum primo sic diffiniens. Entimema est sillogismus imꝑfectus. In qua diffinitione ponitur sillogismus loco generi capiendo sillogismū cōmuniter ut se extendit ad sillogismū perfectū formaliter in modo ꝛ figura: ꝛ ad sillogismū perfectū virtualiter. Et ponitur imperfectus ad differentiam sillogismi perfecti formaliter completi ex duabus premissis: et consequenter explicatur hec diffinitio. Entimema ē oratio in qua nō omnibus premissis positis: sed tantū vna infert festinata conclusio: ut hic omnis homo currit: ergo ꝺor. currit posita maiore tātum: ꝛ presuppositā minore infertur cōclusio. ¶Primo sciendum ꝙ in omni entimemate secūdū intellectū ponuntur due premisse: sed secundū vocē ponit vna tantū: ꝛ alia tacetur ꝛ retinetur in mente: ꝛ in q̄tū sunt ibi due premisse secundū intellectū vocatur sillogismus: ꝛ ea parte qua deficit vna secunduz vocem dicitur imperfectus. ꝛ quia vna tacetur que retinetur in mente: ideo dicitur entimema ab en quod est in ꝛ timos quod est mens et monos quod est vnū quasi in mente retinēs vnam propositionē. ꝛ oportet illam que retinetur in mente esse probabilē ꝛ necessaria: ꝛ ꝓsupponatur tanq̄z vera. Et propter hoc Aristoteles sic diffinit entimema. Entimema est sillogismus ex icotibus ꝛ signis. Icos enim est propositio probabilis, ꝛ signū ibi capitur ꝙ propositione necessaria: ut hic omne animal currit: ergo omnis hō currit minor ꝓsupponit .f. ois homo est animal: q̄ est ꝓpositio necessaria: ꝛ signū. Ex quo patet ꝙ cōsequētia entimematis nō tenet grā forme arguēdi sed grā materie: qz ibi ꝓsupponit virtus alicuius ꝑmissarū. Secundo sciendū ꝙ entimema sic reducitur ad sillogismū: qz in ipso sunt due extremitates in ꝓclusiōe quarū maior extremitas est ꝑdicatū: ꝛ minor extremitas subiectū: ꝛ ibi ponitur mediū: qđ nō intrat cōclusionē: ꝛ ponit in antecedente cū altera extremitatū. vnde formādo vnā ꝑmissarū cū medio ꝛ cū extremitate nō posita in aūte fit sillogism⁹ ꝑfectus. Et si mediū ponatur in aūte cū subiecto cōclusiōis ibi est minor ꝓmissa et deficit maior: ut hic: ois homo est risibilis: ibi deficit maior: scilicet omne risibile est animal: ergo omnis homo est animal. Et si mediū ponatur cū predi-

caro conclusionis quod est maior extremitas ibi est maior p̄missa ⁊ deficit minor: ut hic omne animal currit: ergo omnis homo currit: ibi deficit minor scilicet: omnis hō est animal. Et si tale medium possit subiici maiori extremitati ⁊ p̄dicari de minori entimema reducitur ad primā figurā. Et si predicatur de vtraq; sic reducitur ad secundā: ⁊ subiicitur vtriq; sic reducitur ad tertiam figuram. Tertio sciendū q; exemplum sic diffinitur. Exemplū est progressus a vno particulari ad aliud particulare probandū propter aliquod simile in ipsis repertum: ut sortes est risibilis: ergo plato ē risibilis: eo q; vterq; est homo: in quo habent similitudinem essentialem. In qua diffinitione ponitur progressus loco generis. ⁊ ponitur ab vno particulari ad differētiam entimematis ⁊ sillogismi. ⁊ ponitur ad aliud particulare ad differētiam inductionis que p̄cedit ad vniuersale probandū. ⁊ ponitur p̄pter aliq̄d sile in ipsis reptū: ad oñdēdū vñ p̄uenit virt⁹ p̄batiōis in exēplo q; p̄uenit p̄pter silitudinē duor̄ particularium ad inuicē: ⁊ quicq̄d conuenit vni singulari in q̄ntum est simile alteri etiam conuenit alteri: ut risibile conuenit sorti in q̄ntum est homo: ideo risibile conuenit platoni in q̄ntum est homo. Quarto sciendum est q; ad reducendū exemplum ad sillogismū oportet primo per inductionē imperfectā ostendere maiorem extremitatem que est predicatū conclusionis de illo cōmuni in quo conueniunt illa singularia: ⁊ per illud cōmune ostenditur sillogistice de alio singulari quod est minor extremitas: ut arguendo sic: sortes est risibilis: ergo omnis homo est risibilis. ibi est inductio imperfecta. ⁊ vltra: ois homo est risibilis: plato est homo: ergo plato est risibilis. in hoc sillogismo homo ponitur p̄ medio: ⁊ illud cōmune in quo sibi assimilantur p̄ maiori extremitate: et suum simile quod est plato est minor extremitas. Et diffinitur aliter exemplū ab Aristotele. Exemplū est argumentatio que per simile minoris extremitatis ostēdit maiorem extremitatem de medio: ⁊ per medū de minori extremitate. ⁊ oportet maiorē extremitatem notiori modo cōuenire primo singulari q̄ medio. ⁊ q; noti⁹ insit medio q̄ minori extremitati: ratione cuius totus p̄cessus exemplaris vocatur ⁊ per hoc patet quid sit entimema ⁊ exemplū: ⁊ quo mō reducūtur ad sillogismū. Cōtra predicta arguitur p̄mo sic: entimema ⁊ sillogismus inter se opponunt̄ ⁊ sunt species distinctę: ergo entimema non est sillogismus. Secūdo sic: in primo posteriorū dicitur q; entimema est vere sillogism⁹ ergo entimema nō est sillogism⁹ imperfectus. Tertio sic: hic est sillogismus imperfectus: ois asinus currit: ergo omnis homo currit. ⁊ posita illa minore: omnis homo est asin⁹ erit sillogismus perfectus: ⁊ tamē nō est bona cōsequētia: ergo male dicitur q; in entimemate est bona consequentia.

Quarto sic: vnū singulare simile alteri nō est magis notū q̄ aliud. ꝫ omnis argumētatio p̄cedit a magis noto ad minus notū: ergo in exēplo vnū particulare nō p̄batur p aliud. Quinto sic: non sequitur sortes ē risibilis: ergo ois homo est risibilis: ⁊ tamē ibi arguitur eo mō reducēdo exēplum ad sillogismū ostēdendo maiorē extremitatem de medio in quo cōueniunt plura singularia: ergo exemplū nō est reducibile ad sillogismū. Ad primum ūtorum dicitur q; licet entimema non sit sillogismus perfectus in modo ⁊ in figura formaliter: tamē est bene perfectus virtualiter: ⁊ ē imperfectus formaliter: eo q; deficit vna premissarū: ⁊ est perfectus virtualiter: quia ibi sunt due premisse secundū intellectū arguentis qui tacet vnā quā p̄supponit per se eē notā ideo dicitur perfectus sillogismus: ⁊ per hoc soluitur secūdū argumentū. Ad tertiū dicitur q; in entimemate requirit̄ q; illa premissa quam p̄supponit sit vera vel probabilis: ⁊ hoc nō fit in ūsto argumēto: omnis asin⁹ currit: ergo omnis homo currit: ideo ibi non est entimema. ⁊ licet ibi sit sillogismus perfectus formaliter: nō tamen est perfectus virtualit̄ quod requiritur ad rationē entimematis. Ad quartum dicitur q; licꝫ ꝑm rem vnū singulare nō sit notius alio in eo q; singularia sunt: tamē bñ p̄t esse quo ad nos notius alio ⁊ secundū hoc p̄t probare aliud. Ad quintū dicit̄ q; licet inducēdo exemplū ad sillogismū: in illa reductione imperfecta nō sit cōsequētia necessaria: tamē bene est ibi cōsequētia p̄babilis: q; p̄babile est q; si maior extremitas cōueniat vni singulari eo q; cōuenit cū alio singulari in tali medio: et illud singulare cōtineatur sub illo medio q; illa maior extremitas illi medio vniuersaliter cōueniat.

¶ Argumētū aūt per locū ꝓfirmatur. vn de danda est diffinitio loci ꝑut hic sumit̄. Locus enim est sedes argumēti: vel vnde ad questionē ꝓpositā cōueniens trahitur argumentū. Quid aūt sit q̄stio dictū ē p̄ius. Sciendū aūt q; ꝓpō q̄stio ⁊ cōclusio ꝑm substantiā siue in subiecto idē sūt. Ea dē enim oro ꝓpō est ⁊ q̄stio et cōclusio ut hic: ois homo currit. Differūt aūt ꝑm rōnes vel diffinitiones ut p̄ius patuit. Secūdū enim q; dubitatur est q̄stio: ꝑut aūt ꝓbata est per argumētū est conclusio ꝑm aūt q; ponitur p̄o alio in p̄missis est ꝓpositio. vnde ꝓpō dicitur ꝑm q; est in p̄missis ad ꝓbandū cōclusionē. Locus diuidit̄ in locū maximā: ⁊ in locū differentiā maxime. locus maxima idē ē q; ipsa maxima. Maxima autē est ꝓpositio q̄ altera nō est p̄ior: idest notior: ut omne totū maius est sua parte. De quacunq; p̄dicatur diffinitio ⁊ diffinitū. De quacūq; p̄dicatur spēs ⁊ genus. Locus vero differentie maxime ē ille quo vna maxima differt ab illa maxima. verbi gratia. Iste maxie de cunq; predicat̄ species ⁊ genus. De quo quocūq; diffinitio ⁊ diffinitū: differūt per terminos ex quibus cōponuntur. vna enī cōponit̄ ex genere ⁊ spē. alia vero ex diffinitōe ⁊ diffinito. Añ isti termini simplices dñr dñe maxiæ ⁊ tā locus maxia q̄ loc⁹ differētie maxiæ dr̄ loc⁹: q; vtrūq; ꝓfert firmitudinē argumento. vnde ꝓportionabiliter sumitur hic locus ad locū in rebus naturalibus: q; sicut locus ibi dat fortitudinē reb⁹ naturalib⁹ ⁊ cōseruat eā in esse. Similiter hic loc⁹ cōseruat argumētū.

Postq̄ auct̄or determinauit de argumēto ⁊ argumētatione. Hic cōsequēter determinat de loco qui per argumentū diffinitur ꝑm q; in eo cōfirmatur ipsum argumentū ipm primo sic diffiniēs. Locus ē sedes argumēti vel id a quo ad propositā quēstionē cōueniēs elicitur argumentū. Cui⁹ rō est: q; locus est habitudo necessaria terminorū ad inuicem. Vel est ꝓpositio necessaria q̄ est p; se nota ꝑpter talē habitudinē terminor̄ inter se: sed in tali habitudine terminorū inter se: vel in ꝓpositione p; se nota q̄ fit ex illis terminis cōfirmatur medū probans ⁊ inferēs conclusionē quod dicit̄ argumentū: ⁊ etiā elicitur virtus argumenti ad ꝓpositā q̄stionē ex illa habitudine terminorū: vel ex aliqua ꝓpositione per se nota: ideo locus bene dicitur argumentū vel aliud a

quo elicitur argumentū. ¶Prima aūt pars conuenientius ꝛ principalius cōuenit loco maxime. ꝛ secūda conuenit loco differentie maxime: q̄uis quelibꝫ pars aliquo modo possit cōpetere cuilibet loco: qr in vtroq̄ cōfirmatur argumentū: et etiā ab vtroq̄ potest elici argumentū ad aliquā propositaꝫ questionē. ¶Primo sciendū q̄ hic nō capitur ꝓprie locus p superficie corporis cōtinentis que est mēsura locati ut capitur in predicamētis: sed capitur transsumptiue pro habitudine terminorū: vel propositione per se nota que est aliquo modo generatiua ꝛ cōseruatiua argumenti: sicut locus dicitur conseruatiuus locati. Et dicitur etiam talis locus dialeticus sedes argumenti: nō proprie sed methaphorice siue trāsumptiue: quia sicut sedens in sede cōfirmatur ꝛ quiescit ita argumentatio quiescit ꝛ confirmatur in loco dialetico: quia cum intellectus dubitat de virtute probativa vel illativa argumenti: ꝛ reperit hitudinē terminorum: vel propositionē per se notam vbi cōfirmatur illa habitudo: tunc intellectus quiescit ꝛ amplius nō dubitat de illa virtute nec de cōclusione probata per argumentū. Secūdo sciendū q̄ locus diuiditur per locū maximā: ꝛ locum differentiā maxime qui sic inter se differunt: quia locus differētia maxime dicit habitudinē terminorū in qua fundatur ꝛ cōfirmatur argumentū incōplete tamē ꝛ imꝑfecte: ꝛ locus maxia dicit ꝓpōnē per se notā ꝓpter illā habitudinē terminorū: q̄ cōplete et explicite terminat argumentū: verbi gra arguēdo sic: sortes est hō: ergo sortes est aial: si ꝓbet ꝙ locū a specie ad genus ē locus differentia maxime ꝛ terminat imperfecte argumentū qr pōt adhuc dubitari qualis est illa habitudo speciei ad genus. sed cū aduenit ista maxima de quocūq̄ predicatur species ꝛ suū genus: tunc explicite terminat argumentū: ꝛ per hoc habetur sufficientia istorū membrorū: quia omnis locꝰ cōfirmat argumentū: vel ergo cōfirmat explicite ꝛ perfecte: ꝛ sic locꝰ ē maxima. vel implicite ꝛ imperfecte: ꝛ sic est locus differētia maxime. Et quibus ꝑs q̄ locus differētia maxime via generationis est ꝑior q̄ locus maxima: tū via ꝙfectionis est posterior. ꝛ dē locus maxima ꝙ appōnē. ¶Et sic ibi nō ē incōgruitas cōstructionis: maxima enī tenet substātiue ꝛ nō adiectiue. Tertio sciendū q̄ locus maxima idē est q̄ ipsa maxima ꝛ maxima est ꝓpō per se nota qua nō est altera ꝑior neq̄ notior: ut omne totū est maius sua ꝑte. Et rō diffinitionis est: qr in tali ꝓpōne est habitudo �less immediata vel per se nota terminorū inter se: ideo cognitis illis terminis intellectus statim apprehendit habitudinē illorū terminorū ꝛ cognoscit ꝓpositionē necessariā que fit ex illis terminis ꝛ illa nō notificatur per aliā propositionē sed per suos terminos: ideo nulla est notior ipsa: ꝛ vocatur maxima: qr licet sit parua in quantitate est tamē maxima in virtute: ꝛ in gradu certitudinis: quia potest certificare multas alias propositiones. Alio nomine dicit dignitas: quia seipsaꝫ dignificat ut ab intellectu cognoscat. Alio modo dicitur cōmunis animi cōceptio: quia ab intellectu multorū faciliter concipitur: ꝛō illam sic diffinit Boetius: cōmunis animi cōceptio est quam quisq̄ probat auditā. Quarto sciendū q̄ locus differentia maxime ē ille per quez vna maxia differt ab alia: ut sunt termini habentes necessariā habitudinē inter se: ex qua pro uenit necessitas illius maxime: ut iste maxime de quocūq̄ ꝑdicatur species ꝛ suū genus: ꝛ de quocūq̄ predicatur diffinitio ꝛ diffinitū: differunt per suos terminos: ꝛ illi termini inquātū habent habitudinē necessariā ad inuicē vocantur loci differentie maxime. vnde dicūtur loci inq̄tū ex ipsis elicit argumentū: vel in ipsis cōfirmatur. ꝛ dicuntur differētie maxime: inq̄tū faciunt vnā maximam differre ab alia. Cōtra predicta arguitur primo sic: argumentū est mediū argumentationis ꝓbans cōclusionē: ꝛ locus maxima est vna ꝓpositio argumentationis: sed mediū nō cōfirmatur in ꝑmissis argumentationis: ergo locus maxima nō est sedes argumenti. Secūdo sic: argumentū ꝛ locus idē sunt: ut in isto argumento homo currit: ergo animal currit: homo est argumentū qr est mediū ꝓbans conclusionē: ꝛ etiā est locus inq̄tum in ipso est species: ꝛ dicitur locus a specie. sed idem nō cōfirmat seipsum: ergo locus male dicitur sedes argumē ti. Tertio sic: locus differentia maxime est pars loci maxime ꝛ in eo continetur. ergo mēbra huius diuisionis cōtinēdunt. Quarto sic: hec est vna maxima: omne totū ē maius sua parte: ꝛ tū aliqua est notior ipsa: ut ista de quolibet esse vel nō esse de nullo ambo simul: ergo cōtra diffinitionē maxime. Quinto sic: omnis locus est habitudo ut patet in diffinitionibus omniū locorū: sꝫ termini maxime nō sunt habitudo: ergo male dicūtur loci differētie maxime. Ad primū dicitur q̄ licet argumentū q̄tū ad suū materiale q̄d est terminus: qui est mediū argumētationis nō cōfirmetur per maximā tamē q̄tū ad virtutē ꝓbandi conclusionē confirmatur in maxima per quā virtus argumenti perfecte explicatur ꝛ manifestatur intellectui. Ad secundū dicit q̄ licet locus ꝛ argumentū q̄nq̄ sint idē materialiter tamē differunt formaliter: ut in illo exēplo predicto hō inq̄tum habet virtutē probandi conclusionē dicitur argumentū ꝛ inq̄tuꝫ est species ꝛ habet habitudinē ad genus dicitur locus ꝛ in ista habitudine cōfirmat virtus q̄ dicitur argumentū.

Ad tertiū dicatur q̄ licet in maxima includat materialiter locus differētia maxime tanq̄ pars materialis eius: non tamen formaliter ut ꝙtinēs ad formā maxime: ꝛō locus maxima ꝛ locus differētia maxie nō coincidūt in idem formaliter.

Ad quartū dicit q̄ licet aliq̄ ꝓpō sit simpliciter notior ista oē totū ē maiꝰ sua ꝑte: nulla tū ē notior in suo genere: hoc est q̄ fiat ex eisdē terminis ꝛ in eodē genere terminorum: qr ex talibus terminis nulla cōstituit imediatior ista. s. omne totū est maius sua ꝑte. Ad quintū dē q̄ licet termini maxime ꝛm vocē nō sint habitudines: tū q̄tum ad significata ipsorū important habitudines: qr sunt termini cōes: ꝛ tales significant habitudines rerū inter se: ut genus significat habitudinē superioris ad inferiora ꝛ spēs ecōtra.

¶Locus differētia maxime diuidit ꝑ locū intrīsecū ꝛ extrinsecū ꝛ mediū. Locꝰ intrinsecus est qñ sumitur argumētū ab eis que sunt de substantia rei ut a diffinitiōe: ut aīal rōnale mortale currit: ergo hō currit. Locus extrinsecus est qñ sumitur argumētū ab eis q̄ sunt oīno separata a substantia rei ut ab oppositis: ut si queratur vtrū sortes sit albus et terminet sic: sortes est niger: non ergo est albus. Locus medius est qñ sumit argumentū ab eis q̄ partim cōueniūt ꝛ partim disconueniūt cū terminis in q̄stiōe positis: sicut in vniuoco et denominatiuo q̄ dicūtur cōiugata: ut si q̄ratur vtrū iusticia sit bona: ꝛ probetur sic iustū est bonū: ergo iusticia est bona.

¶Postq̄ auctor determinauit de loco in cōmuni tam diffinitiue q̄ diuisiue: ꝛ posuit diffinitionem loci maxime et etiam loci differentie maxime: hic consequenter diuidit locum dꝫiam maxime per locū intrinsecuꝫ extrinsecū ꝛ mediū. Cuius diuisionis ratio est: quia omnis locus differentia maxime importat habitudinem termini inferentis ad terminuꝫ illatum. vel ergo terminus inferens simpliciter conuenit cum termino illato ꝛ sic est locus intrinsecus. vel disconuenit ab eo: ꝛ hoc est dupliciter: quia vel disconuenit simpliciter vel partim conuenit partim differt. Si primum sic est locus extrinsecus. si secundum sic est locus medius. ¶Primo sciendum est q̄ locus intrinsecus est quando sumitur argumentum ab his que sunt de substantia rei: hoc est quando terminus inferens est de substantia vel essentia termini illati: ut proposita ista questione: vtrum sortes sit animal arguitur sic: sortes est homo ergo sortes est animal: ibi su-

mitur argumentū ab illo termino inferente homo q̄ intrinsece cōuenit cū termino illato .s. cū aīali. Et dō loc⁹ intrinsecus: q; qñ terminus inferēs est intrinsecus illato vel ecōtra ibi ē intrinseca habitudo inter illos terminos: eo q; habitudo vni⁹ termini ad aliū nō distinguit realiter a termino cuius est habitudo (nec semp oportet ad talē locū q; termin⁹ inferēs sit de essentia vel diffinitione termini illati: ꝫ sufficit q; sit intrinsec⁹ ꝑm aliquē modū essendi in. Secōo sciendū q; locus extrinsecus ē qñ sumit argumētū ab his q̄ sunt oīno sepata a substātia rei. i. qñ termin⁹ inferēs simplr ē extrinsec⁹ ⁊ discōueniēs cū termino illato: ut arguēdo sic: sortes ē albus. ergo sortes nō est niger terminus inferēs. s. alb⁹ est totaliter extrinsecus termino illato. s. nigro ⁊ ꝓpter hāc causā talis locus vocatur extrinsecus. Et ꝫ habitudo localis in illo loco sit quodāmodo intrinseca in termino inferēti tn̄ est extrinseca in ordine ad terminū illatū ⁊ est habitudo negatiua tn̄ inter illos terminos ⁊ nō habitudo positiua sicut in loco intrinseco. Tertio sciendū: q; locus medi⁹ est qñ sumit argumentū ab his q̄ ptim conueniūt ⁊ ptim differūt cū terminis in q̄stione positis: hoc est qñ terminus inferēs ptim conuenit cū termino illato: ⁊ ptim differt sicut est inter cōcretū ⁊ abstractū q̄ cōueniunt in re significata: ⁊ differūt in mō significandi: ⁊ cōueniūt in p̄ncipio dictionis: ⁊ differūt in fine sicut est inter cōiugata ⁊ casus. ut si quaratur vtrū iusticia sit bona ⁊ ꝓbetur sic. Iustū est bonū ergo iusticia est bona: ibi iustū ptim conuenit ⁊ ptim differt a iusticia. Et dicit talis locus medius: q; terminus inferēs medio modo se habet ad terminū illatū quantū ad hoc q̄ ē cōuenire ⁊ disconuenire: ió iste locus q̄ātū ad cōuenientiā ⁊ dīam termini inferentis ⁊ termini illati dicit aliquo mō medius p ptic̄ipationē inter terminū intrinsecū ⁊ terminū extrinsecū. Quarto sciendū: q; p̄dicta diuisio loci p illos tres modos nō est diuisio generis in suas species: q; loc⁹ nō dicatur equaliter de istis tribus membris: sed est diuisio analogi in sua analogata: q; locus dicit de istis tribus ꝑm prius ⁊ posterius: prius enim dicit de loco intrinseco ⁊ postea de aliis. Et rō est q; loc⁹ est habitudo termini inferētis ad terminū illatū sed in loco intrinseco vbi est habitudo positiua tn̄ est ꝓfectior habitudo q̄ꝫ in loco extrinseco vbi est habitudo priuatiua tn̄: q̄ solū habet cognosci p respectū ad habitudinē positiuā sicut ꝑuatio cognoscit p habitū: ⁊ etiā locus medius ptic̄ipat rōnē vtriusq; loci q; habet cōuenientiā cū loco intrinseco ⁊ extrinseco: ⁊ ea ꝑte qua cōuenit cū loco intrinseco ꝓfectior est loco extrinseco: ⁊ per hoc patēt diffinitiones ⁊ compatio illoꝝ locorū inter se. Sed cōtra p̄dicta arguitur primo sic. Locus maxima multiplicat sicut locus dīa maxime: sed locus maxima nō diuidit p locū intrinsecū extrinsecū ⁊ mediū: ergo male diuiditur hoc modo locus differentia maxime. Secōo sic: locus differētia maxime habet diuidi ꝑm diuersas differentias entis. eo q; dicit habitudinē termini ad terminū que se tenet ex ꝑte rei significate. ꝫ plures sunt dīe entis q̄ꝫ tres sicut idē: diuersum: actus: potētia: accidēs ⁊ substantia: ⁊ sic de aliis ergo non sunt tn̄ tres modi differentie maxime. Tertio sic: locus dialeticus dicitur ꝑm sīlitudinē ad locū realem: sed omnis locus realis est extrinsecus locato q; est subiectiue in locante: ergo omnis locus dialeticus ē extrinsec⁹ ⁊ nullus ē intrinsec⁹. Quarto sic: omnis locus est habitudo medians inter terminū inferentem ⁊ terminum illatum: ergo omnis locus est medi⁹.

Quinto sic arguēdo sic: homo currit ergo animal currit terminus inferēs scilicet homo partim conuenit cuꝫ termino illato ⁊ partim ab eo differt ⁊ tamen ibi nō est locus medius: sed locus a specie ad genus: ergo male diffinitur locus medius. Ad primū dicitur: q; licet non ponatur explicite diuisio loci maxime: tamen satis ponitur implicite: quia potest intelligi multiplicatio eius per diuisionem loci differentie maxime: quia variatis terminis qui sunt differentie maxime secunduꝫ diuersos locos etiam variantur maxime que formantur secundū habitudinis illoꝝ terminorū. ideo in quolibet loco speciali sit vna maxima specialis. Ad secundum dicitur: q; licet diuisio loci differētie maxime sumatur secundū aliquas differentias entis scilicet secundū idem diuersum ⁊ partim idem ⁊ partim diuersum: non tamen sumitur secundū omnes differentias entis: ideo non oportet q; sint tot modi locorū quot sunt modi entis. Ad tertiū dicitur: q; licet locus dialeticus habeat similitudinē cum loco naturali in eo q; est conseruatiuus ⁊ generatiuus argumenti: sicut locus naturalis est conseruatiuus locati: nō tamen sumitur secundū illā similitudinē que est esse extrinsecū: quare nō oportet q; omnis locus differētia maxime sit extrinsecus. Ad quartū dicitur: q; negatur cōsequētia. ⁊ ratio est: quia nō dicitur locus medius eo q; sit habitudo medians inter illos duos terminos. ꝫ quia terminus inferens partim cōuenit cū termino illato ⁊ partim differt ab eo.

Ad quintū dicitur: q; licet homo ⁊ animal ptim cōueniant ⁊ differāt: tn̄ hō ibi nō infert animali illo argumēto inquantū est cōueniens ⁊ differens simul: sed ratione cōuenientie tantū: ió ibi est locus intrinsecus.

¶ Locus intrinsecus diuidit p locū a substātia ⁊ p locū a ꝓcomitātib⁹ substātiam. Loc⁹ a substātia est qñ sumit argumētū a substātia terminoꝝ positoꝝ in questiōe. Et diuidit hic loc⁹ p locū a diffinitōe ⁊ locū a descriptione ⁊ locum a nominis interpretatione.

¶ Postea auctor posuit diuisionē loci differentie maxie et diffinitiōes membroꝝ ei⁹. Hic ꝓnter subdiuidit vnū membrum illius diuisionis. s. locū intrinsecū dicēs: q; loc⁹ intrinsec⁹ diuidit p locū a subā ⁊ p locū a ꝓcomitātib⁹ subāz. Cuius rō ē: q; in oī loco intrīseco termin⁹ inferēs aliq̄ mō facit vnū cū termino illato vel ergo dicit cōuertibiliter totā substantiā termini illati vel dicit aliq̄d cōcomitās illā substantiā: ⁊ nō dicit cōuertibiliter illā substantiā ꝑm se totā. Si primū sic ē locus a substātia. Si secundū sic est locus a cōcomitantibus substantiā. ⁊ q; termin⁹ dicēs cōuertibiliter totā substātiam alterius ꝓfectionē habet habitudinē ad alterū q̄ꝫ ille q̄ nō dicit cōuertibiliter ipsam: ió loc⁹ a substātia ꝓfectior est q̄ꝫ loc⁹ a cōcomitātib⁹ subām. ¶ Primo sciēdū: q; loc⁹ a substantia est qñ termin⁹ inferens dicit cōuertibiliter totā substātiā termini illati: ut arguēdo a diffinitiōe ad diffinitū: licet nō oporteat ad talem locū q; semp terminus inferēs explicet substantiā termini illati: q; locus a diffinito ad diffinitionē est locus a substātia: ⁊ tn̄ diffinitū nō explicat naturā diffinitionis nec descriptū respectu descriptōis: ió nō semp oportet q; terminus inferēs dicat explicationē alterius: sed sufficit q; dicat cōuertibiliter totā substantiā ei⁹. ⁊ ideo in textu sic diffinitur: locus a substantia est quādo sumitur argumētū a substantia terminoꝝ in questiōe positoꝝ: quod debet intelligi a substantia: hoc est ab illo quod dicit conuertibiliter totā substantiam rei. Et nō capitur ibi substantia generaliter pro quocūqz esse rei: ut sumitur in diffinitiōe loci intrinseci alias nō differret diffinitio loci intrinseci a diffinitione loci ad substātiā. ¶ Secūdo sciendū: q; locus a cōcomitantibus substantiā est qñ sumit argumētū ab his q̄ cōueniūt cū substantia rei: nō tamē dicit ꝯuertibiliter totā substantiam eius: ut quādo termin⁹ inferens cōuenit cū termino illato: non tamē conuertibiliter: ut arguēdo a parte ad totum: vel a toto ad partem. vel a causa ad effectū: vel econtra. in talibus enim terminus inferēs semper facit aliq̄ modo idē cū termino illato nō tamē cōuertibiliter. ⁊ non oportet in tali loco q; semper terminus inferens sit vnū in essentia cū termino illato: sed sufficit q; ꝑm aliquē modum essendi in includatur in eē eius ⁊ facit vnū cū ipso in rōne inferētis ⁊ per respectū ad argumētū q̄ infert terminū illatū positū in q̄stione. Tertio sciēdū: q; locus a substātia diuiditur p locū a diffinitione a descriptiōe ⁊ a nominis interpretatione. Cuius rō est: q; in loco a substātia vn⁹ terminoꝝ ꝑ dicit explicationē alteri⁹: licet nō semp terminus inferēs dicat explicationē termini illati ut prius dictū est: sed ab ipso denominat locus: vel ergo talis explicatio sumit a p̄ncipiis

essentialib⁹ rei: ⁊ sic est locus a diffinitione: vl̃a ꝓprietatib⁹ ei⁹ ⁊ hoc dupliciter: vel sumit̃ a ꝓprietatib⁹ rei ꝑm se: vl̃ ab ipsis ꝓprietatibus inquãtũ ab ipsis fit impositio nois. Si ꝓ mũ sic est locus a descriptiõe: si scõm sic ẽ locus a nois interpretatiõe. diffinitio .n. explicat eẽ rei ẽntialia ⁊ descriptio idẽ explicat ẽntialia ipsi⁹: ⁊ interpretatio explicat ipm ꝓprietates a quibus nomẽ imponitur: ⁊ qñq; võcat diffinitio quid nois. ¶ Quarto scẽdũ: q diffinitio dupliciter ꝓsideratur. vno mõ quãtũ ad eius substantiã ꝑut dicit ꝑncipia essentialia diffiniti: ⁊ sic ipsa est mediũ sillogismi demõstrationis ⁊ ab ea sumitur locus demõstrationis ⁊ nõ dialecticus. Alio mõ cõsideratur inquãtũ sumitur sub illa intẽtione secũda q̃ est diffinitio ⁊ hoc dupliciter quia vl̃ sumitur ꝓ respectu⁹ ad predicata que notiõi modo cõueniunt diffinito q̃; diffinitioni ⁊ sic ab ea sumitur locus sophisticus ⁊ arguitur ꝑm fallaciam petitionis principij. Alio modo sumitur respectu predicatorũ que notiõi modo conuenunt diffinitioni q̃; diffinito: ⁊ hoc modo ab ea sumitur locus dialeticus ⁊ hoc modo hic consideratur: ⁊ per hoc patet diuisio ⁊ subdiuisio loci intrinseci. ¶ Contra predicta arguitur primo sic: a causa efficiẽte sumitur locus intrinsecus: ⁊ tamen nõ est locus a substantia ut patet in textu nec etiã a ꝓcomitãtib⁹ substãtiã q⁹ causa efficiẽs nõ cõcomitat̃ suũ effectũ: ꝫ est sibi extrinseca: ergo insufficienter diuiditur loc⁹ intrinsecus in textu. ¶ Secũdo sic arguendo a genere ad speciem sumitur argumentũ a substantia terminorũ in questiõe positorũ: ⁊ tamẽ ibi nõ est locus a substantia: ergo contra diffinitionẽ loci a substantia. ¶ Tertio sic: illa q̃ cõcomitantur substantiã rei sunt extra ipsam substantiã: ergo q̃n sumitur argumẽtũ a ꝓcomitãtib⁹ subãm fit loc⁹ extrinsec⁹ ⁊ nõ intrinsec⁹. ¶ Quarto sic: ab eodem non sumitur locus dialeticus ⁊ sophisticus cum inter se oponantur: sed a diffinitione sumitur locus sophistic⁹ ergo ab ipsa non sumitur locus dialeticus: ergo contra diuisionẽ loci a substantia. ¶ Quinto sic: locus a diffinito ⁊ a descripto sunt loci a substantia ⁊ tñ nõ ponuntur in ista diuisione loci a substantia: ergo ipsa est insufficiens. ¶ Ad primũ istorũ dicitur: q licet causa efficiens sit extrinseca effectui secundũ esse: tñ ꝑm virtutẽ est aliq̃ mõ intrinseca ⁊ aliquo modo facit vnũ cũ ipso: ⁊ ꝑm illam virtutẽ se habet ut terminus inferẽs respectu effectus: ⁊ etiã respectu illorũ duorũ ꝓdicatorũ. s. bonũ ⁊ malũ. ¶ Ad secũdũ dicitur: q licet gen⁹ sit de substãtia speciei ꝑ modũ ꝑncipij tñ nõ dicit totã substãtiã spẽi cõuertibiliter: iõ arguẽdo a genere ad speciẽ nõ arguit̃ a substãtia rei eo mõ q̃ intelligitur in diffinitione loci a substantia. Ad tertiũ dicitur: q licet illa q̃ ꝓcomitãtur substantiã nõ sint intrinseca essentialiter: tamẽ bñ sunt intrinseca ꝑm aliquẽ modũ eẽndi ⁊ hoc sufficiat ad locũ intrinsecũ. Ad quartũ dicitur q ab eodẽ vno mõ capto nõ sumitur locus dialeticus ⁊ sophisticus: ꝫ bene ab eodẽ sumpto diuersimode: modo sic est de diffinitione ut dictum est in quarto notabili. Ad quintũ dicitur: q licet in ista diuisione loci a substantia non ponatur explicate locus a diffinito tamen subintelligitur per locũ a diffinitione: ⁊ similiter diceretur de loco a descripto: ⁊ ab interpretato quia omnia ista correlatiue se habent in ordine ad diffinitionẽ: descriptionẽ ⁊ interpretationẽ; ⁊ etiã locus qui fit a diffinitione causali que datur per causas efficientes vel finales sub loco a descriptione cõprehenditur quia illa reducuntur ad diffinitionem descriptionis.

¶ Diffinitio est oratio quid est esse rei significans ꝑ substantialia. Locus a diffinitione ẽ habitudo diffinitionis ad diffinitũ. Et cõtinet quattuor argumẽta ⁊ quattuor maximas. Primo subijciendo diffinitionẽ affirmatiue. Secũdo predicãdo eaz affirmatiue. Tertio subijciendo eã negatiue. Quarto predicando eã negatiue. Et ẽ pla omniũ horũ sunt hec. Animal rationale mortale currit: ergo homo currit. Unde locus a diffinitiõe: maxima. Quicquid ꝓdicatur de diffinitione ⁊ de diffinito. Sortes est animal rationale mortale: ergo sortes est homo. Ũñ locus a diffinitione. maxima. De quocunq; predicatur diffinitio ⁊ diffinitum. Animal rationale mortale nõ currit: ergo homo non currit. Loc⁹ a diffinitione. maxima. Quicqd remouet̃ de diffinitiõe ⁊ a diffinito. lapis nõ est animal rõnale mortale: ergo lapis nõ est hõ. locus a diffinitiõe. maxima. A quocũq; remouet̃ diffinitio ⁊ diffinitũ. locus a diffinito ẽ habitudo diffiniti ad diffinitionẽ. Et cõtinet similiter quattuor argumẽta ⁊ qttuor maximas: primo subijciẽdo diffinitũ affirmatiue: ut hõ currit: ergo animal rationale mortale currit. Loc⁹ a diffinito. maxima. Quicqd ꝓdicat̃ de diffinito ⁊ de diffinitione. Secõ sic ꝓdicãdo affirmatiue. Sor. ẽ homo ergo sortes est animal rõnale mortale. locus a diffinito. maxima. De quocũ q; predicatur diffinitũ ⁊ diffinitõ. Tertio subijciendo eũ negatiue sic. Hõ nõ currit ergo animal rõnale mortale nõ currit. locus a diffinito. maxima. Quicqd remouet̃ a diffinito ⁊ a diffinitione. Quarto ꝓdicãdo eũ negatiue sic: lapis nõ est hõ: ergo lapis nõ est animal rationale mortale. locus a diffinito. maxima. A quocũ q; remouetur diffinitũ ⁊ diffinitio. Et sciendu; q in omnibus locis denominatur loc⁹ ab inferẽte: ⁊ nõ ab illato. Ũñ quãdo diffinitio est inferens: est locus a diffinitione. q̃ndo autẽ diffinitũ est inferẽs est locus a diffinito: quia inferens est agens: ergo ab inferente debet denominari locus: vl̃ a differentia maxime ⁊ nõ ab illato.

Postq̃ auctor ꝓmisit diuisionẽ; loci a substantia. hic ꝑter determinat de mẽbris ei⁹: ⁊ ꝑmo de loco a diffinitiõe: q ẽ ꝑfectior alijs. ⁊ incipit determinare in spali ꝺ sillogismo dialetico oñendo quõ in ꝑticulari format̃ ꝑm diuersos locos spales. ⁊ q⁹ loc⁹ a diffinitiõe ꝑsupponit ipsam diffinitionẽ: q⁹ ea diffinitur: iõ auctor ꝓ⁹ oñdit q̃d sit diffinitiõ dicẽs: q diffinitio est oõ indicãs q̃d est eẽ rei ꝙ essentialia: et dicit oratio eo q est quoddã cõplexũ includẽs diuersa principia diffiniti. s. gen⁹ ⁊ differẽtiã. quod quidẽ cõplexũ est oõ imꝑfecta ⁊ significat q̃d ẽ eẽ rei: q⁹ explicat ꝑncipia cẽntialia spẽi ex q̃bus cõstat tota q̃dditas spẽi. s. gen⁹ ⁊ differentiam: q̃ dicũt totũ esse essentiale eius a prima potentia vsq; ad vl-

tim̃ actū transeundo per oēs actus intermedios. Et solus hic diffinitur diffinitio pro diffinitōe quidditatiua q̃ est simpliciter diffinitio: ⁊ non pro diffinitione causali que datur per causas extrinsecas diffiniti: nec pro diffinitione descripti ua: nec quid nominis. Primo sciendū: q̃ locus a diffinitōe est habitudo diffinitōis ad diffinitū: ⁊ illa hitudo ē hitudo idemptitatis ⁊ conuertibilitatis: quia diffinitio dicit idem essentialiter ⁊ conuertibiliter cum diffinito. ⁊ inde p uenit q̃ quicq̃d affirmatur vel negatur de diffinitione: etiā affirmatur vel negatur de diffinito. econtra de quocūq; verificatur diffinitio vel negatur: ⁊ etiam diffinitū: ⁊ ecōtra. et continet iste locus quattuor argumenta ⁊ quattuor maximas: primo subijciendo diffinitionem affirmatiue. secundo predicando. tertio subijciendo negatiue. ⁊ quarto predicando negatiue. quorū exempla ⁊ maxime satis patent in textu. ⁊ causa illarū maximarum redditur propter habitudinem diffinitionis ad diffinitum. Secundo sciendū: q̃ licet diffinitio sit eadē essentialiter cū diffinito: tamen differt secundā rationem accidentalem ab eo: quia diffinitio dicit principia diffiniti que naturaliter precedunt diffinitum. ⁊ capitur sub modo plurium. diffinitum vero sequitur illa principia: ⁊ se habet per modum vnius compositi ex illis principijs. ⁊ arguendo a diffinitione ad diffinitum oportet arguere ab ipsa eo modo quo est eadem ⁊ conuenit cum diffinito et nō ea parte qua differt ab ipso: quia sic non argueretur ab ea inquantū diffinitio est. ⁊ similiter arguendum est a diffinito ad diffinitionem: ideo non sequitur animal rationale est oratio: ergo homo est oratio. quia ibi arguitur a diffinitione ea parte qua differt a diffinito: ⁊ non inquantū ipsa ē diffinitio: ⁊ cōmittitur fallacia accidentis. Similiter nō sequitur: homo est diffinitum: ergo animal rationale est diffinitum propter eandem causam: et similiter diceretur de multis aliis. Tertio sciendum q̃ locus a diffinito est habitudo diffiniti ad diffinitionem: ⁊ tenet quattuor modos sicut locus a diffinitione: primo subijciendo diffinitum affirmatiue: secundo predicando diffinitum affirmatiue. tertio subijciendo diffinitum negatiue. quarto predicando diffinitum negatiue. quorū modorū exempla ⁊ maxime satis patent in textu. Ratio autem quare loc⁹ a diffinito similiter tenet sicut locus a diffinitione est. quia sicut diffinitio dicit essentialiter ⁊ conuertibiliter idem cum diffinito: ita diffinitum cum diffinitione. ⁊ propter illam idemptitatē capiuntur modi quattuor arguendi a diffinito ad diffinitionem: sicut etiam capiuntur quattuor modi arguendi a diffinitione ad diffinitū eo q̃ vtrunq; habet ad aliud simile habitudinem.

Quarto sciendū: q̃ locus semper denominatur a termino inferente ⁊ non a termino illato. Cuius ratio est q̃ locus est habitudo confirmatiua argumenti p quam accipitur probatio consequētis ⁊ termini illati. sed illa habitudo confirmatiua argumenti ⁊ virtus probatiua ipsius cōsequētis est in ipso termino inferente scilicet in medio ⁊ nō in termino illato: ideo locus semper denominatur a termino inferente ⁊ non a termino illato ⁊ propter hoc quando in antecedente ponitur diffinitio dicitur locus a diffitione: ⁊ quā do ponitur diffinitū dicitur locus a diffinito. tamen locus nō denominatur a termino inferente materialiter accepto sed a termino accepto formaliter. s. sub illa intentione ⁊ ratione quia est termin⁹ inferens: ideo cū dicitur sortes est homo igitur sortes est animal q̃cuis homo sit quoddā diffinitū: tamen nō dicitur ibi esse locus a diffinito vel ab homie: quia homo non est termin⁹ inferens sub ratione diffiniti siue hominis sed sub ratione speciei: ideo dicitur locus a specie: ⁊ per hoc patent loci a diffinitione ⁊ a diffinito. Contra predicta arguitur primo sic: vnū quodq̃ capit denomiationem a suo vltimo actu: sed differētia est vltimus act⁹ diffinitionis: ⁊ ab ipsa diffinitio redditur conuertibilis cū diffinito: ergo differentia cuz predicetur in quale tota diffinitio debet predicare in quale: ⁊ sic diffinitio non significat quid est esse rei. Secūdo sic arguēdo sic: animal rationale currit ergo homo currit est petitio principij ergo ibi incōueniēter arguitur a diffinitiōe ad diffinitum nec ille tenet subijciendo affirmatiue diffinitiōem. Tertio sic: hec est demōstratio homo est animal rationale: ergo homo est risibilis. ergo predicando diffinitionem affirmatiue de diffinito non est locus dialeticus sed demonstratiuus. Quarto sic: eadē est habitudo medians inter diffinitiōem ⁊ diffinitum et econtra sicut eadem est via de sursum ad deorsum ⁊ ecōtra ergo cum locus sit habitudo termini ad terminum sequit q̃ locus a diffinitōe ⁊ a diffinito nō distinguūtur. Quanto sic vnūquodq̃ capit denominationem a fine ut habetur in secundo de anima: sed terminus illatus in loco se habet p modum finis: ergo denominatio loci debz fieri ab ipso ⁊ nō a termino inferēte. Ad primū dicitur q̃ licet differētia predicetur in quale non tamē diffinitio: ⁊ ratio est: quia solū illud predicatur in quale qō dicit actū qualificantē ⁊ determinantē potentiā precedentē ipsum: sicut differentia q̃lificat genus quod determinat sed diffinitio cū dicat totū esse speciei a prima potentia vsq; ad vltimū actū non presuppo nit aliquā potentiā quā qualificet: ideo nō predicatur in q̃le: nec differentia est ꝓprie vltimus actus diffinitionis: sed esse aggregatū ex genere ⁊ differentia: ideo. Ad secundū dicitur: q̃ si in illo argumento consequens sit notius respōdenti q̃z antecedēs: tūc ibi est petitio principij: hoc est si illō p̄dicatū currit notius dicatur de diffinito q̃z de diffinitione in ordine ad ipsum sed si econtra in ordine ad respōdentem antecedēs sit notius consequēte ibi est bonus locus dialeticus: q⁹ ad locū dialeticū non oportet semper p̄cedere a notioribus simpliciter: sed a notioribus respectu respōdentis ⁊ in eodem argumento respectu diuersorū respondentiū potest esse locus dialeticus ⁊ petitio principij secūdū q̃ vni antecedens erit notius ⁊ consequens alteri. Ad tertiū dicitur: q̃ si in illa argumētatione ostendatur conclusio ꝓpter habitudinem ipsorū principiorū hois animal rationale ad illam passionē q̃ est risibile ibi est bona demōstratio ⁊ ostēditur propria passio subiecti p propria principia eius: sed si ostendatur illa cōclusio virtute habitudinis diffinitiōis ad diffinitū scilicet mq̃tum animal rationale est diffinitio istius diffiniti quod est homo ⁊ ut illa habitudo fundatur in illa intentione cōmuni que est diffinitio ibi est locus dialeticus. Ad quartū dicitur: q̃ licet a diffinitiōe ad diffinitū ⁊ econtra sit eadem habitudo materialiter: est tamē differens formaliter inq̃tū virtus ꝓbatiua sumitur a diffinitione vel a diffinito. Ad quintū dicitur: q̃ licet in his q̃ dicunt causalitatē terminis semp a fine fiet denominatio: nō tū in his que dicunt causalitatē efficientis ꝛ ibi sumitur denominatio ab efficiente: mō locus dicit causalitatē efficientis ⁊ illud efficiens est terminus inferens: ideo habet denoiari a termino inferente ⁊ non a termino illato.

¶ Descriptio est oratio esse rei significās per accidentalia: ut animal risibile est descriptio hominis. vel sic. Descriptio ē oratio constans ex genere ⁊ ꝓprio: ut animal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptū. Et cōtinet quattuor argumenta ⁊ quattuor maxias sicut locus a diffinitione ⁊ formātur argumenta ⁊ maxime hic sicut ibi nisi q̃ ibi ponitur diffinitio: hic aūt descriptio.

Postq̃z auctor determinauit de loco a diffinitōe ⁊ diffinito. Hic consequenter determinat de loco a descriptione ⁊ descripto: primo diffinies descriptionē. cuius cognitio req̃ritur ad cognitōem loci a descriptiōe dicens. Descriptio est oratio significās quid est eē rei p accidētalia. ⁊ dr oro quia descriptio cōponitur ex plurib⁹ quorum vnum contrahit aliud: ⁊ est quoddam cōplexū: vt asal risibile. et ponitur hic oro loco generis. deinde ponitur significās q̃d est eē rei per accidentalia: ad differentiam diffinitionis que significat eē rei per essentialia. Et ratio huius assignari potest: quia illud quod significat esse rei per ea q̃ sequūtur ens in specie

cõpletũ explicat ipsum per accidentalia: cum omnia consequentia esse rei in specie cõpletũ sint accidentalia. sed descriptio explicat esse rei p illa que consequũtur ens in specie cõpletu: ideo explicat ipsum esse per accidentalia. ¶Primo sciendũ: q duplicia sunt accidentia. Quedaz sunt cõmunia que consequũtur principia individui. Alia sunt propria q̃ fluunt a principijs speciei. Descriptio aũt habet dari p accidentia propria ⁊ nõ cõmunia nisi inquantũ plura accidentia cõmunia capiuntur loco vnius proprij secundũ q vltimũ illozũ restringit alterũ: ⁊ per hoc faciũt vnũ conuertibile cũ descripto. verbi gratia: gressibile bipes sunt ambo accidentia cõmunia respectu hominis: ⁊ tamẽ hoc aggregatũ gressibile bipes est vnũ cõuertibile cũ homine eo q vnũ cõtrahit aliud: ⁊ ecõtra. ⁊ ideo illud aggregatũ equipollet vni accidenti proprio q̃uis sint ibi plura accidentia cõmunia. Et debz sic intelligi diffinitio: descriptio est oratio significãs esse rei per accidentalia: hoc est p accidentia propria vel cõmunia appropriata. Et melius dicitur per accidentalia q̃z per accidentia. quia quãdoq̃z descriptio datur per inferiora alicuj superiozis: ⁊ qñq̃z p modos essendi subiecti. ⁊ ista non sunt vera accidentia: sed bene dicuntur accidẽtalia qz habent modũ accidẽtũ. Secũdo sciendũ: q aliter sic diffinitur descriptio. Descriptio est oratio constans ex genere ⁊ proprio: ut animal risibile est descriptio hominis ⁊ includit genus ⁊ propriũ eius. aliter tamẽ ponitur genus in diffinitione ⁊ descriptione: quia genus consideratũ ut est principiũ formale ⁊ essentiale speciei ponitur in diffinitione quidditatiua: sz ut ẽ principiũ effectiuũ proprij quod causatur ⁊ effectiue a genere ⁊ differentia ponitur in descriptione. vñ descriptio dupliciter capitur. vno modo generaliter pro quacũq̃z oratione que explicat esse rei per accidentalia siue sint propria siue appropriata: siue sint cause extrinsece ex quibus fit diffinitio causalis: ⁊ sic capitur descriptio in prima diffinitione. Alio modo capitur specialiter solũ pro illa oratione que fit ex genere ⁊ proprio accidente: ⁊ hoc modo capit descriptio in hac diffinitione eius: ideo he diffinitiones diuersimode dantur de descriptione. ¶Tertio sciendũ: q descriptio causat locũ a substantia: quia dicit idẽ realiter ⁊ cõuertibiliter cũ descripto. ⁊ quicquid verificatur de vno: verificatur etiã de alio. ⁊ de quocũq̃z verificatur descriptio ⁊ descriptũ: ⁊ econtra propter conuertibilitatẽ eozũ ad inuicẽ. et licet descriptio explicet esse rei p accidentalia q̃ cõcomitantur substantiam rei: tamẽ ipsa accipitur ⁊ supponit pro eodẽ in substantia cũ suo descripto ut dicendo animal risibile currit: ergo homo currit: ibi animal risibile supponit p eisdẽ suppositis ⁊ p eodẽ in substantia sicut homo: ideo facit locũ a substantia. ¶Quarto sciendũ: q locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptũ: q quidẽ habitudo est habitudo conuertibiliũ ad inuicẽ ⁊ continet q̃tuoz argumenta ⁊ quattuoz maximas. ¶Primo subijciendo affirmatiue descriptionẽ. Scõo predicãdo eã affirmatiue. Tertio subijciendo negatiue. Quarto predicando negatiue. exempla ⁊ maxime eodẽ mõ hic accipiunt sicut in loco a diffinitione mutando solũ diffinitionẽ in descriptionẽ ⁊ capiendo descriptũ loco diffiniti. Sed locus a descripto ẽ habitudo descripti ad descriptionẽ. ⁊ habet quattuoz argumẽta ⁊ quattuoz maximas ut precedens scilicet subijciẽdo affirmatiue ⁊ predicando affirmatiue ⁊ subijciendo negatiue ⁊ p̃dicando negatiue: ⁊ eodem modo formando argumenta ⁊ maximas sicut in loco a diffinito ⁊ sic patet de loco a descriptione ⁊ descripto. Contra predicta arguitur primo sicñ descriptio diffiniatur hoc erit p aliã descriptionẽ cũ ipsa nõ habeat diffinitionẽ quidditatiuã cũ sit quoddã cõplexũ ⁊ iterũ illa descriptio per quã describeretur haberet aliaz descriptionẽ eadẽ ratione ⁊ sic esset processus in infinitũ q̃ est inconueniẽs ergo descriptio non põt diffiniri. Secũdo sic: q̃ signficat accidentia rei non significat esse rei. sed descriptio significat accidentia rei: q̃ datur solũ per accidentalia: ergo nõ significat esse rei. Tertio sic: omnis descriptio debet dari p accidentalia speciei: sed genus ⁊ propriũ ambo sunt essentialia speciei: quia genus est de essentia eius ⁊ propriũ immediate consequitur eius essentiã ergo nulla descriptio datur per genus ⁊ propriũ. ¶Quarto sic: dicendo homo est animal risibile ergo homo nõ est lapis ibi ẽ habitudo descriptionis ad descriptũ ⁊ ecõtra: ⁊ tamẽ ibi nõ est locus a descriptione nec a descripto: sed a disperatis ergo cõtra diffinitiones illozũ locozũ. Quinto sicñ sequit̃ animal risibile componitur ex genere ⁊ ꝓprio: ergo homo cõponitur ex genere ⁊ proprio: ⁊ tamẽ ibi arguitur a descriptione ad descriptũ subijciendo descriptionẽ affirmatiue: ergo iste locus a descriptione nõ est bonus. Ad primũ dr: q descriptio accepta sub intentione incõplexa diffinit̃ per aliam descriptionẽ: ⁊ illa descriptio nõ habet vlterius diffiniri per aliã eo q est quoddã complexũ cũ hoc qz talis descriptio est particularis: mõ particularium non est diffinitio nec descriptio. ideo non oportet procedere in infinitũ in descriptionibus. Ad secũdũ dicitur: q licet descriptio q̃ datur soluz per accidentalia de suo formali significato: tñ significet accidẽtia rei tñ de suo materiali significato importat esse eẽtiale rei quod per illa accidẽtia explicatur a posteriori ⁊ etiã supponit p essentia rei. Ad tertiũ dr: q licet genus ⁊ propriũ sint essentialia speciei inq̃ztũ respiciũt essentiã eius: tñ pñt dici accidentalia inq̃ztũ genus ẽ causa effectiua ꝓprij et proprij consequitur totũ esse cõpletũ spẽi: qz etiã genus et dãia nõ causant ipsum ꝓprij nisi post esse cõpletũ spẽi: iõ genus aliquo modo cõsequitur esse spẽi inq̃ztũ est causa ꝓprij. Ad quartũ dr: q licet in illo argumento sit habitudo descriptionis ⁊ descripti inter terminos antecedẽtis non tñ inter terminũ inferentẽ ⁊ terminũ illatũ qz animal risibile est ibi terminus inferens cũ sit mediũ. ⁊ lapis est terminus illat⁹ ⁊ inter ipsos non ẽ habitudo descriptionis ad descriptũ nec ecõtra. Ad quintũ dicitur: q ibi nõ arguitur a descriptione ea parte qua cõuenit cũ descripto sed ea parte qua differt ab ipso: ideo ibi cõmutatur fallacia accidẽtis nec bene arguitur per locum a descriptione.

totū: ⁊ tenet cōstructiue ⁊ destructiue arguendo ab ipsis sufficienter enumeratis. Constructiue sic sortes fuit heri ⁊ pridie: ⁊ sic de aliis: ergo sortes semper fuit. Maxima. positis ꝑtibus in tpe sufficienter enūeratis ponitur ipm totū qz totū nihil addit vltra omnes suas ꝑtes. Destructiue sic: antechristus nō fuit heri nec pridie: ⁊ sic de aliis: ergo nūq̄ fuit. ma. prima remotis partibus in tpe sufficiēter enūeratis: remouetur ipsum totū. Et si arguatur per istū locū ab vna ꝑte tm: ⁊ non ab omnibus: tunc solū tenet destructiue: ⁊ non constructiue ⁊ adhuc arguitur a parte ad destructionē totius quantū ad totalitatē eius: ⁊ nō arguitur ad ipsum remanens totū in tēpore: ut hic sortes nō est nūc: ergo sortes nō est semp. Tertio sciendū ꝙ ꝓter ista tota superius posita reperiūtur alia quinq̄ tota que ad ꝓdicta reducuntur ſ. totū copulatiuū diſiūctiuū potestatiuū successiuū ⁊ collectiuū seu aggregatiuum. Totū copulatiuū est in q̄ plura copulantur per coniūctionē copulatiuā: ut sortes currit ⁊ plato disputat. Et pars eius est aliquod illorū que inter se copulantur. Totū disiunctiuū in quo plura coniunguntꝫ ꝙ cōiunctionē disiunctiuā: ut sortes currit vl plato disputat. Totū potestatiuū est quod componitur ex pluribus virtutib⁹ vel potentijs: vel quod plura continet secundū virtutem: ut anima rationalis est totum potestatiuum respectu vegetatiui sensitiui ⁊ intellectiui licet anima in cōmuni sit totum vniuersale respectu anime vegetatiue sensitiue ⁊ intellectiue. Et similiter quaternarius est totū potestatiuū respectus binarij ⁊ ternarij: quia superior numerus cōtinet in virtute omnes inferiores nūeros. Totū successiuū est quod cōponitur ex partib⁹ successiuis que non possunt simul eē ut tps ⁊ motus. Sed totū collectiuū siue aggregatiuum est qđ sub voce singulari plura ad inuicem distincta importat sicut ppls grex societas. Sed pars eius est aliquod illorum ex quibus componitur ut homo respectu populi: vel aries respectu gregis. Quarto sciendū ꝙ totū copulatiuū totuꝫ potestatiuuū ⁊ totum collectiuum reducuntur ad totū integrale: eo ꝙ ab istis totis ad suas partes eodem modo tenet locus dialecticus sicut a toto integrali scilicet constructiue tantū ⁊ non destructiue: ⁊ ecōtra locus a parte: ut arguēdo a toto copulatiuo sortes currit ⁊ disputat: ergo sortes currit. ⁊ a toto potestatiuo: ut quaternarius est: ergo binarius est: vel anima rationalis est: ergo sensituū est. Maxima. posito toto potestatiuo: ponitur quelibet eius pars. Et a toto collectiuo: ut populus est: ergo homo est. Et ecōtra potest argui destructiue a suis partibus. Sed totum disiunctiuū ⁊ successiuū reducūtur ad totū vniuersale quia ab ipsis eodē modo tenet locus sicut a toto vniuersali scilicet negatiue tātū: ut arguēdo sic a toto disiunctiuo: nō sortes currit vel disputat: ergo sortes non currit. Et a toto successiuo ut non est dies: ergo non est meridies. Et ecōtra locus a ꝑtibus eorū tenet constructiue tantū: ut faciliter videretur in exemplis. Sed cōtra predicta arguitur primo sic in omni tempore ⁊ semper idem sunt sicut in omni loco ⁊ vbiqz: sed in omni tempore est totū in quantitate: ⁊ nō in tēpore: ergo ⁊ semper: ⁊ sic male diffinitur totum in tēpore quod est dictio cōprehendens omne tēpus aduerbialiter. Secundo sic hic est locus a toto in tēpore deus est semper: ergo est in isto tēpore ⁊ tamen non sequitur pars in tēpore cum in isto tēpore nō sit aduerbiū significans partē tēporis. ergo cōtra diffinitionē loci a parte in tēpore. Tertio sic nō sequitur vniuersale est semper: ergo est nunc: cū antecedens sit verum ⁊ cōsequens falsum. antecedens patet quia vniuersale ē vbi qz ⁊ semper ⁊ non est hic ⁊ nūc: sed solum singulare: ergo locus: a toto in tempore nō valet constructiue. Quarto sic partes totius in tēpore non possunt esse simul ergo non poterunt simul accipi: ergo locus a parte in tempore nō tenet constructiue ab omnibus partib⁹ simul sumptis. Quinto sic nō sequitur: adam non est nunc: ergo adam nunq̄ fuit: ⁊ tamen arguitur negatiue ab vna parte totius in tempore ad ipsum totum: ergo locus a parte in tēpore nō tenet destructiue ab vna ꝑte ad suū totū. Ad primū istoꝝ dicitur ꝙ licet semp ⁊ in oi tpe sint idē ſm rē significatā ⁊ materialiter: differunt tñ ſm suos modos significandi ⁊ formaliter qz semp importat tps distributū sub mō fluxus ⁊ fieri ⁊ in oi tpe importat idē tempus distributū ꝑ omnibus ptibus eius sub modo ꝓmanētis siue habitus ⁊ quietis: ⁊ ꝑ hoc distinguūtur totum in quantitate ⁊ totū in tempore licet nō essentialiter. Ad secundū dicitur ꝙ licet in illo argumento nō ponatur formaliter pars in tēpore aduerbialiter: ponitur tamen equipalenter ⁊ secundū rē significatā: qz in isto tempore includit virtualiter ipsum nūc. Ad tertiū dicit ꝙ licet vniuersale sit semp in aptitudine: non tamen est semper in actu: ⁊ eo modo quo ponitur semper esse bene sequitur ꝙ est nūc. ſ. ſm aptitudinē: sed illa aptitudo reducit ad actum in suis singularibus ⁊ successiue. Ad quartū dicitur ꝙ licet partes temporis nō possint esse simul ſm suum esse reale: sicut preteritū non potest esse cum futuro: tamen possunt esse simul in apprehensione anime que retinet partem preteritā ⁊ futurā cum presenti ⁊ sic simul possunt accipi oēs ptes tpis. Ad q̄ntū dō ꝙ ibi nō bene arguitur: qz arguēdo ab vna parte tantū destructiue oportet arguere ad destructionē totius quantū ad rationē totius: ita ꝙ in consequente sibi ꝓponatur negatio destruēs totalitatē ei⁹ qđ nō fit in illo argumento: deberet enim sic inferri: adam non est nunc: ergo non est semper.

¶ Causa est ad cuius esse sequitur aliud ſm naturā. Et diuiditur in causam efficiētē materialē formalē ⁊ finalem.

Postq̄ auctor superius determinauit de locis a toto a ꝑte: hic ꝓnter determinat de locis a causa ⁊ ab effectu. Et qz locus a causa in cōi est habitudo cause ad effectū: ⁊ loc⁹ ab effectu ē habitudo effectus ad causam. ideo ꝓmo qz auctor determinet de locis a causa in speciali determinat de causa generali diffinitiue ⁊ diuisiue: ipsam ꝓmo sic diffinies. Causa ē ad cuius eē sequit aliud ſm naturā. In qua diffinitiōe intelligitur ens ꝙ genere. ens enim diuidit ꝙ causam ⁊ effectū ⁊ est superius ad vtrūq̄ ſm modū. Deinde ponit ad cuius esse sequit aliud ad ōiam effectus qui sequit ad esse alterius: ⁊ ad cuius eē nō sequit aliud sub ratione effect⁹. Et ponitur ſm naturā ad explicandū modū quo effectus sequit suam causam. Et ecōtra pōt diffiniri effect⁹ ꝙ est ens: cuius esse sequit ad aliud ꝙ naturā: vel est partita similitudo siue cause. Primo sciendum ꝙ sequitur capitur dupliciter Uno mō ut dicit ordinē tm: ut cū dō vnus dies sequit alū Alio modo ut dicit ordinē ⁊ dependentiā vnius ab alio: et hoc mō uterū dupliciter: vno mō ut solū dicit ordinē ⁊ dependentiā siue cōsequentie siue illationis vnius ab alio: sicut cōsequens sequitur illatiue ad ancedens: ⁊ dependet ex ipso secūdū illationē. Alio mō ut dicit dependentiā in esse vnius rei ab alia: sicut quilibet effectus ſm suum esse dependent a sua causa. Et hoc modo capitur in ista diffinitione ut dicat ordinē dependentie vnius rei ab alia secundū suū esse: ⁊ nō solū ut dicat ordinem ꝓrioris ⁊ posterioris: neqz ut solū dicit dependentiā consequentie: quia in argumentatione ancedēs non semp est causa consequentis licet semp sit causa illationis eius. Secundo sciendū ꝙ ad rationē cause nō requiritur ꝙ causa semp ꝓcedat suū effectū ſm tempus sed qñq̄ ꝓcedit ipsum ſm tempus: ut domificator precedit domū secundū tempus: qñq̄ vero ꝓcedit ipsum ſm naturā tm: ⁊ simul est tēpore cū ipso: sicut hō est causa risibilis: ⁊ tñ ꝓcedit ipsum ſm naturā tm: ⁊ sit ē tpe cū eo: ideo ad explicandū quo mō effect⁹ dz seq̄ causam: ⁊ causa ꝓcedere effectū in diffinitione cause ponit ſm naturā. Et ad ōiam illoꝝ quoꝝ eē vnius sequit ad eē alterius ſm ordinē: ⁊ tñ non dependet ex alio ſm naturā: ut esse vni⁹ diei nō dependet naturaliter ab eē alterius. Tertio sciēdū ꝙ causa diuiditur ꝙ causam efficientē materialē formalē ⁊ finalē. Cuius diuisionis sic habetur sufficiēna: qz ad oēm causam sequit effectus: vel ergo talis causa ē intrinseca effectui: vel extrinseca. Si intrinseca hoc ē dupliciter: qz vel ipsa est actus dās eē: ⁊ sic ē causa formal⁹ vl potētia recipiēs eē: ⁊ sic est causa materialis. Si est extrinseca hoc ē dupliciter: quia vel ipsa est ad id a quo res fit: ⁊ sic est efficiens causa. vel illud ꝓpter quod res fit: ⁊ sic est cā fina-

lis. Et sumitur ista diuisio nō ꝑm diuersitatē rerū: sz ꝑm diuersos modos formales: qz idem realiter ꝑm diuersos modos causandi: ꝛ respectu diuersoꝝ qnqz hz rationem pluriū causarum: ꝛ non est diuisio generis in suas spēs: sed diuisio analogi: qz cā ꝑm ꝓpus ꝛ posteriꝰ dr̄ de istis quattuor causis. Quarto sciēdū q̄ cause possūt qttuor modis ꝓsiderari. Uno mō ꝑm rōem causādi: ꝛ sic finis est prior. scōo efficiens: Tertio materia: ꝛ q̄rto forma: quia in causando rem finis mouet intellectum agētis ad ꝓducendū effectū ꝛ efficiens motus a fine mouet materiam qua disꝑsita vltimo introducitur forma. Scōo modo considerāt cāe ꝓ vt concurrunt ad compositionē effectus ꝛ sic materia prior est: secūdo forma: tertio efficiens: ꝛ vltimo finis. Tertio modo considerātur vt dant esse actuale effectui ꝛ sic forma est ꝓior. vnde efficiēs: tertio finis: quarto materia. Quarto modo considerantur ꝑm q̄ habēt esse existentie ꝙ q̄ nobis notificant. ꝛ sic causa efficiēs est ꝓior: secūdo materia vnde forma: ꝛ vltimo finis. Et quia hic consideratr̄ ꝑm qō nobis notificāt ꝛ ab ipsis sumūt loci dialetici: ī ūsto modo ordinātur in textu ꝛ ꝑus determinatur de cā efficiēte q̄z de alijs. Sed contra predicta arguit ꝓmo sic aliud dicat diuersitatē eēntialē cuz sit relatiuum diuersitatis substātie sed effectus non semper differt eēntialr̄ a sua causa q̄ cuōe nit eēntialiter cū sua cā formali: ergo male dr̄ q̄ ad eē cāe sequitur aliud. s. effect⁹. Secūdo sic cā totalit̄ posita ponitur sit suus effectus: ergo cā non precedit effectū: ꝛ sic ad esse cāe non sequitur aliud. Tercio sic cā ꝛ effectus sunt simul natura cū sint relatiua: ergo effect⁹ nō sequitur suā causam ꝑm naturam. Quarto sic forma ꝛ finis coincidunt vt dr̄ secundo phisicorū ergo forma nō est cā distincta a fine: nec membra huius diuisionis sunt opposita.

Quinto sic ois cā ꝑcedit suum effectū: sed finis non precedit suum effectuz: sed sequitur: ergo finis non est cā: ꝛ sic male ponātur quattuor cause. Ad primū dr̄ q̄ lz aliud proꝑe sumptū vt est relatiuū diuersitatis substantie dicat diuersitatē essentialem: nō tñ aliō cōiter acceptum: vt dicat quancūqz diuersitatem siue essentialē siue accidētalē vt sumitur in diffinitiōe cāe. Ad scōm dr̄ q̄ lz posita cā totali ponatur eius effect⁹ simul tpe nō tñ ponitur sit scōz nāz quia naturaliter cā prⁱ hz esse ꝛ intelligi q̄z effectus ꝛ hoc sufficiat ad rōnē cāe q̄ precedat effectū ꝑm naturaz. Ad tertiū dr̄ q̄ lz causa et effectus ꝑm intēciones cāe ꝛ effect⁹ dicātur correlatiue tñ materialr̄ ꝛ ꝑm id qō sūt nō dicūt correlatiue: iō ꝑm id quod sunt nō sunt sit ꝑm nām. Ad quartū dr̄ q̄ lz forma ꝛ finis q̄nqz coincidant materialr̄ ꝛ ꝑm rem in idē nō tamē coincidūt in idē formalr̄ quātū ad suos mōs formales cāndi: ꝛ hoc mō ponuntur cāe ad inuicem distinctē. Ad quintū dr̄ q̄ lz finis ꝑm suū esse reale sequatur suum effectū tñ ꝑm intēcionale in intēctōe agētis sub quo sibi ꝓuenit ratio cāe finalis ꝑcedit suū effectū: iō eo modo quo est causa nāliter ꝑcedit suū effectum.

¶ Causa efficiens est a qua primo est motus ut domificator est primum mouēs ꝛ operans ut domus sit: ꝛ faber ut cultellus sit. locus a causa efficiente est habitudo ipsius ad suum effectum ꝛ est constructiuus ꝛ destructiuꝰ ut domificator est bonus ergo domꝰ est bona vel faber est bonus ergo cultellus est bonus. Locꝰ a causa efficiente. Maxima. cuius cā efficiēs ē bona ipsuz est bonū vel posita causa efficiente immediate ponitur effectus: ꝛ econuerso est locus ab effectu ad efficientē.

Postq̄z auctor determinauit de cā in cōmuni tam diffinitiue q̄z diuisiue. Nic ꝓpōit in ꝑālī vult determinare de loca cā ꝛ primo de loco a cā efficiente eo q̄ cā efficiens ceteris est nobis notior: rōne cuius ipsam ꝓmo sic diffinit. Causa efficiens ē a qua primo fit motus. In qua diffinitiōe ꝓmo subintelligitur cā loco generis diffinit. ꝛ ponitur a q̄ ꝓmo fit motus ad dr̄iaz aliaz cāz q̄z nulla ꝓmo cāt motū siue ꝓductiōez effect⁹ sz efficiēs tñ sicut pz in ꝓductōne effectus ꝙ finis enīz ratione siue bonitatis per desideriū mouet ꝛ attrahit appetitum agentis ad ꝓducēdū effectum: ꝛ efficiens sic motū ꝛ tractū a fine disꝑsit materiā ad introductionē forme: ꝛ sic primo causat motum quo producitur effectus.

Primo sciēdum q̄ locus a causa efficiente est habitudo ipsius ad suū effectum: ꝛ tenet affirmatiue ꝛ negatiue. Affirmatiue sic domificator est bonus: ergo domus est bona. Maxima. Cuius causa efficiens est bona: ipsum quoqz bonum est: que maxima debet intelligi de bonitate efficientis inquātū efficiens: ꝛ non de bonitate motis: vel de bonitate eius ꝑm se similiter debet intelligi de bonitate forme effectus: ita q̄ si efficiens sit bonū in ratiōe cause efficientis. ꝛ vt producit effectuz sequitur q̄ effectus erit bonus bonitate forme eius: non autem loquendo de bonitate finis: et totius cōpositi: quia si domificator sit bonus artifex et operetur perfecte secundū artem ei⁹: ꝛ careat bona materia tūc domus non erit bona bonitate finis: sed tantūmodo bonitate forme que prouenit ab efficiēte. Negatiue tz sic domificator non est bonus: ergo domus nō est bona. Maxima. Cuius efficiens malū est: ipsum quoqz malū ē. Secūdo sciendū q̄ [illegible] causa efficiēs est duplex. s. causa efficiens in actu ꝛ causa efficiēs in potēcia: vt respectu dom⁹ domificator est causa efficiens in potētia: ꝛ domificans est causa in actu respectu fieri domus. Et quelibet iterum diuidit: qz q̄dam est causa vniuoca que ꝓducit effectū sibi simile in spē vt hō generās hominē est efficiens vniuocū. Aliud est efficiens equiuocū quod ꝓducit effectū sibi dissimile in specie vt sol generans hominem est agēs equiuocum. vñ arguendo a causa efficiente in potentia ad suū effectū debet argui ab esse cause ad esse in potentia respectu effectus ꝛ non ad eē in actu: vt domificator est: ergo domus est in potentia ꝛ arguendo a causa efficiēte in actu debet argui ab esse eius ad fieri ipsius effectus. Et arguendo a causa vniuoca tenet iste locus respectu oium ꝑdicatorū que conueniūt ipsi cause a tota specie: vt plato est risibilis: ergo sortes ab eo genitus est risibilis. Sed arguendo a causa equiuoca solū tenet respcū horū predicatorū bonū ꝛ malū esse ꝛ fieri. Tertio sciendū q̄ locus ab effectu cause efficiētis est habitudo ei⁹ ad suam causam: ꝛ tenet affirmatiue sic: domus est in fieri: ergo domificās est. Maxima: posito effectu propinquo cause efficientis: ponitur ipsum efficiens. Potest etiam argui respectu horum predicatorum bonum ꝛ malum esse: ꝛ fieri ꝛ tenet negatiue sic: domus non est bona: ergo domificator non est bonus. Maxima: Cuius effectus non est bonus: ipsum quoqz non est bonum. ꝛ debet intelligi q̄ si effect⁹ non sit bonus quantum ad perfectionem forme eius: efficiens non est bonū inquātū efficiēs vel ꝓducēs talem effectū: sicut ꝓpus dictum est in loco a cā efficiente. Quarto sciendū q̄ efficiēs duplicit̄ se habz ad suū effectū. Qnqz enī efficiēs reqrit̄ tñ quātū ad fieri ipsi⁹ effect⁹ ꝛ nō quantū ad esse: vt domificator respectu dom⁹ solū requirit̄ ad fieri ꝛ nō quātū ad esse. Sz qnqz requiritur ꝛ quātū ad fieri ꝛ quātū ad esse: ꝛ ad cōseruationē in esse: vt diei sol est causa quo ad fieri ꝛ quo ad esse: ꝛ deus respectu oium creaturarū. Et arguēdo ab effectu cause efficientis: q̄ reqritur quo ad fieri tñ ꝛ nō q̄ ad esse effect⁹: nō sequit̄ eē cāe in ꝑtu sz in ꝑterito tñ. sz ad fieri effectus sequit̄ esse illi⁹ cause. Sz arguēdo ad efficiēs reqsituz ad eē ꝛ fieri simul sp sequit̄ affirmatiue esse cause ad esse effect⁹: vt bene sequit̄ dies est: ergo sol est. Et qñ ē habitudo necessaria cāe ad effectū: etiā seq̄t negatiue a negatōe effect⁹ negatio cāe. Sz qñ habitudo ē ꝓtingēs sz negatiue vt ñ seq̄t sor. ñ ē: ergo de⁹ nō ē. Sz isti diuersi mōi arguēdi nō sumūt ab efficiēte inquātū efficiēs ē: sz ab efficiente inqntū tale vel tale efficiēs ē. Cōtra ꝑdicta arguit primo sic: causa efficiēs ē de ꝓsideratione phisici cum sit causa mot⁹: ergo nō ē de ꝓsideratōe logici: ꝛ sic hic male diffinit

Secūdo sic efficiens nō mouet nisi ꝓius moueatur a fine: ergo finis est a quo primo fit motus ⁊ nō causa efficiens

Tertio arguitur sic causa efficiēs ē extrinseca suo effectui ergo in loco a causa efficiente terminus inferens est extrinsecus termino illato: ⁊ sic erit locꝰ extrinsecus: ⁊ per ꝯns male diffinit inter locos intrinsecos.

Quarto arguitur sic nō sequitur deus est bonus: ergo latro ē bonus: ergo locus a causa efficiēte nō tenet affirmatiue.

Quinto sic nō seq̄ domus est: ergo domificator est: cū añs sit verū ⁊ ꝯns falsū ergo locus ab effectu cause efficiētis nō tenet cōstructiue.

Ad primū istorū dicitur q̄ lz cā efficiens in quantū ē causa motus ⁊ rerū naturaliū ⁊ ꝓncipiū cognoscēdi ipsas sit de cōsideratione phisici: tū in quantum ab ipsa sumitur locus dialeticus ꝑ habitudinē ad suū effectū ipsa ē de cōsideratione logici.

Ad secundū dicitur q̄ licet a fine fiat motꝰ intentionalis ⁊ spūalis in efficiēte: tū ab ipso nō fit primꝰ motus realis de quo hic solū intelligitur. finis enim nō mouet intētionē agēti motu ꝓprie dicto lz tū ꝑ similitudinē sic pomū apprehēsū intētionaliter mouet appetitū pueri ad psecutionez eiꝰ.

Ad tertiū dō q̄ lz causa efficiēs ꝑm eē sit extrinseca effectui tū ꝑm virtutē ⁊ similitudinē eius ē aliquo mō sibi intrinseca: ⁊ hoc sufficit ad causandū locū intrinsecū. q̄ hic sumit argumentū a causa efficiente ea ꝓte qua cōuenit cū effectu.

Ad quartū dō q̄ ibi nō arguit a causa efficiēte ad suum effectū: eo q̄ latro noīat vitū cuius vitij deus nō est causa licet enī deus sit causa efficiens hoīs: tū nō est causa vitiorū eius: ⁊ bñ sequitur deus ē bonus: ergo homo latro quantū ad humanitatē eius ē bonus. s. bonitate entis: licet non bonitate moꝝ.

Ad quintū dicit q̄ ibi nō sequit q̄ arguitur ab eē effectus ad eē cause q̄ requirit quātū ad fieri tū ⁊ nō quo ad eē: ⁊ respectu talis cause nō tenet iste locus ab effectu arguēdo respectu illius predicati est.

¶ Materia est ex qua cū aliquo fit aliud Materia aūt fit dupliciter. Quedam permanēs ut in cultello ferrū. alia transiēs ut in pane farina vl̄ vitro fenū ⁊ filix. Que diffinitur sic. materia est q̄ tm̄ est in potentia. Locus a causa materiali ē habitudo ipsius ad suū effectū cōstructiue sic ferruz est vel farina est ergo arma ferrea sunt vl̄ panis possunt eē. maxima. Posita causa materiali possibile est poni materiatum. Destructiue sic a ꝓmanēte materia ferrū nō ē: ergo arma ferrea nō sunt locꝰ a causa materiali. maxima. Remota causa materiali ꝓmanente remouetur eius effectus. Ab effectu sic ⁊ est cōstructiuus arma ferrea sunt: ergo ferrum est. maxima. Posito effectu cause materialis ponit materia ꝑmanens materie transeuntis sic vitruz vel panis ē ergo filix vl̄ farina fuit materia. n. transiens nō manet seo transit substantia in aliā materiā. maxia. Posito effectu materie transeuntis necesse est ipsam ꝓfuisse.

Postꝯ auctor determinauit de loco a causa efficiente. Hic consequēter determinat de loco a causa materiali. Ratione cuius sic primo diffinit materiā. Materia est ex qua cū aliquo fit aliquid que diffinitio sic debet intelligi: materia est causa ex qua cuz alio. ideſt cum forma fit aliquid. scilicet totum cōposituz. Et ponitur ibi causa loco generis: ⁊ totū residuū ad differentiā aliarum causarū. vnde ex fine ⁊ efficiēte non fit totum compositū: cum ille cause sint extrinsece. ⁊ etiam ex forma nō fit totū compositum tanq̄ ex materia ex qua: sicut intelligitur de materia in ista diffinitione. ipsa enī materia est prima potentia ex qua primo originatur totuz compositum. Et aliter sic diffinitur. Materia est que tantū est ens in potentia: quia materia de sua natura nō habet eē in actu sed in potentia tantū. 10 5

Primo sciendum q̄ materia dupliciter accipitur. vno modo specialiter ꝓut est primum subiectum forme substātialis: ⁊ est pars compositi de genere substantie. Alio modo capitur cōmuniter ꝓ omni illo ex quo per modū potentie componitur aliquid. siue ꝓ omni illo quod concurrit ad compositionez alterius tanq̄ potentia recipiens esse: ⁊ sic reperitur tam in rebus naturalibus q̄ artificialibus: ⁊ tam in rebus corporalibus q̄ spiritualibꝰ. ⁊ hoc modo capitur hic. Et sic diuiditur: quia quedam est materia permanens ⁊ alia transiens. Permanēs ē illa que sub ꝓpria forma ⁊ specie permanet in suo effectu ut ferrū in cultello. Transiens est illa que sub ꝓpria specie ⁊ ratione non permanet in suo effectu: lz de vna specie transit in aliam in constituendo effectum: ut in pane farina est: filix in vitro: ⁊ lutum in lateribus. Secundo sciendum ē q̄ locus a causa materiali est habitudo ipsius ad suum effectum. Et semper tenet affirmatiue in qualibet materia trāseunte ⁊ permanente: ut aqua ⁊ farina sunt ergo panis potest esse. Maxima. posita causa materiali ponitur eius effectus secundū potentiam eo q̄ materia dicat esse potentiale ipsius effectus: cum sit in potentia ad suum effectum. Sz iste locus tenet destructiue in materia permanente: ut ferrū nō est. ergo arma ferrea non sunt. Maxima. remota materia ꝑmanente remouetur eius effectus. sed in materia trāseūte non tenet negatiue: ut non sequitur filix non est: ergo vitrū non est: eo q̄ talis effectus potest esse non existente illa materia: que non est permanens in suo effectu. Si tamen destruatur materia transiens ꝓ toto tempore presenti ⁊ preterito sequetur destructio effectus: ut dicendo filix non ē nec fuit: ergo vitruz non est. 10 20

Tertio sciendum q̄ iste locus a causa materiali solum tenet constructiue ab esse materie ad posse esse ipsius effectus. ⁊ non ad esse ipsius in presentu. Cuius ratio est. q̄ arguēdo a causa ad effectum ab esse cause debet inferri esse effectus eo modo quo ponitur in tali causa. sed esse effectus materie ponitur in potentia tantū ⁊ non in actu: eo q̄ materia est ens in potentia tantuz: ideo arguēdo affirmatiue a materia arguitur ab esse eius ad posse esse in futuro ipsius effectus. Et hoc potest argui non solum a materie ex qua: sed a materia in qua: ⁊ circa quaz: quia generaliter omnis materia ponit potentialiter esse sui effectꝰ: ut bene sequitur corpus est: ergo album potest esse. vel scibile est: ergo scientia potest esse. 20

Quarto sciendum est q̄ locꝰ ab effectu cause materialis est habitudo ipsius ad materiā eius Et in qualibet materia tenet constructiue. sed in materia ꝑmanente arguitur ab esse effectus ad esse cause in presenti: ut cultellus est: ergo ferrum est. Maxima: posito effectu materie permanētis necessario ponitur illa materia que remanet in suo effectu. Sed in materia transeunte tenet arguendo ab esse effectus non ad esse ipsius cause in presenti: sed ad fuisse in preterito: ut vitrum est: ergo filix fuit. Sed iste locus nō tenet destructiue: quia destructo posteriori non oportet ꝓius destrui: sed effectus est posterior sua causa materiali: ideo destructo effectu non oportet destruere illam materiaz.

Sed cōtra predicta arguitur primo sic. hec diffinitio materie cōuenit forme. quia ex forma cū materia fit aliq̄d. s. totū cōpositum: ergo nō cōuenit soli diffinito. Secundo sic omnis materia ē in actu ꝑ formā. cū materia sit sub forma ergo materia non est ens in potentia. tantum. Tertio sic materia requiritur in cōposito tam ad esse q̄ ad fieri: ergo omnis materia remanet in esse sui effectus. ⁊ per cōsequens omnis materia est ꝑmanēs ⁊ nulla est trāsiens. Quarto sic: nō sequitur ligna ⁊ lapides sunt: ergo domus pōt esse. q̄ ad possibilitatē domus nō sufficit possibilitas materie eiꝰ. sed requiritur possibilitas efficientis eius. ideo si nō esset

mificator. primū ãcedens posset esse verū cõsequẽte existẽte falso. ergo locus a causa materiali nõ tenet affirmatiue.

Quinto sic. nõ sequitur cultellus ẽ: ergo ferrũ est: qz cultellus potest esse ex alio metallo: ergo locus ab effectu cause materialis permanẽtis nõ tenet affirmatiue. Ad primũ dicitur q; si capiatur ex generaliter ut dicit habitudinem cuiuslibet cause sic ex forma cũ materia fit totũ cõpositum sed si capiatur specialr ut dicit habitudinẽ potẽtie ex q̃ ꝓmo fit ꝓpositũ sic oppositũ non dicit fieri ex forma: ꝛ sic capitur in diffinitione materie. Ad secundũ dicitur q; licet materia ſm q; est actuata ꝙ formã sit ens in actu tamẽ ſm essentiaz ei9 ẽ ens in potẽtia tm̃. qz de sua nã nõ includit aliquẽ actũ

Ad tertiũ dicitur q; licet ois materia aliquo mõ remaneat in effectu secundũ suã essentiã confusam nõ tm̃ semper remanet sub propria ſpecie ꝛ ratione quã habebat anteq̃ faceret cõpositum. qõ tamẽ requiritur ad hoc q; dicatur materia ꝓmanẽs. Ad quartũ dicitur q; ad esse materie non sequitur possibilitas effectus que attẽditur in ordine ad omnes suas causas. sed bñ sequitur possibilitas effectus que se tenet ex pte cause materialis. iõ posita causa materiali ponitur eius effectus ſm potentiã passiuam materie. Ad q̃n tũ dr q; ibi nõ arguitur a causa materiali ad suum effectuz. qz cultellus in cõi nõ est effectus ferri: sed cultellus ferreus ꝛ tũc semp sequitur: cultellus ferreus est. ergo ferrũ est.

¶ Forma est que dat esse rei et conseruat eã in esse. locus a causa formali est habitudo ipsius ad suum effectũ constructiue sic: ut albedo est: ergo albũ est: locus a causa formali. maxima. ¶Posita forma ponit ei9 effectus. econuerso est locus ab effectu ei9 destructiue sic: ut album non est ergo albedo non est. albedo non est ergo album nõ est. locus a causa formali. maxima. ¶Remota forma remouet eius effectus: ꝛ econuerso locus ab effectu ipsius:

¶Postq̃ auctor determinauit de loco a causa materiali. Hic consequenter determinat de loco a causa formali. que quidem forma ſm esse ꝛ via generationis sequit materiaz. ¶Rõne cuius ipsam sic primo diffinit. ¶Forma ẽ que dat esse rei ꝛ cõseruat rem in eẽ vbi intelligitur causa loco generis diffiniti. Et ponitur q̃ dat esse rei ad differẽtiã materie que non dat eẽ simpliciter ꝛ in actu ipsi rei: materia enĩ est recipiens esse compositi. ꝛ forma est dans ꝛ influens ipsum eẽ et si sit forma substantialis dat eẽ substãtiale. ꝛ si sit accidẽtalis dat esse accidentale. deinde ponit ꝛ cõseruat rem in esse. ad differentiã cause efficientis ꝛ finalis. que q̃z solũ requirũtur q̃tũ ad fieri ipsius rei. ꝛ nõ quãtũ ad eẽ. sed forma semp requiritur ad esse rei. ¶Primo sciendũ est q; quedã est forma ptis: q̃ actuat partem cõpositi. ſ. materia rõne cuius dicitur forma ptis. alia ẽ forma totius: q̃ est actus totius ꝓpositi resultans ex vnione forme partis ꝛ materie. ꝛ dr forma totius eo q; informat ipm totũ q̃tũ ad oẽs ptes cõponẽtes ipsum: sicut in animato anima ẽ forma ptis: q̃ informat ipsum corpus qõ ẽ materia animati ꝛ eẽ animatũ resultãs ex vnione anime cũ corpe ẽ forma totiꝰ eius. q̃libet istarũ iterꝫ diuiditur quia quedã est forma cõmunis ꝛ quedã ꝓpria: ut respectu hominis forma totius cõmunis est animalitas: humanitas est ꝛ forma propria sed forma ptis cõis est anima: ꝛ anima rõnalis est forma ptis sibi propria. Et de qualibet harũ formarũ põt intelligi diffinitio forme ꝑus posita: licet pfectius cõueniat forme propie q̃z cõmuni: ꝛ forme totius q̃z forme ptis. Secũdo sciendũ q; locus a causa formali est hitudo ipsius ad suũ effectũ. Et tenet affirmatiue sic arguẽdo albedo ẽ: ergo albũ ẽ. ¶Maxima: posita cã formali ponit ei9 effectus. ¶Cui9 rõ ẽ: qz causa formalis hz idẽ esse cũ suo effectu: ꝛ ꝙ idẽ esse semp existũt cã formalis ꝛ suus effect9: ut hõ ꝛ alia ei9 hñt vnũ ꝛ idẽ eẽ. iõ posita cã formali in eẽ ponere suũ effectũ. ꝛ ecõtra posito effectu ponitur forma ei9 et etiã destructa forma destruit effectus: ꝛ ecõtra. ideo etiã tenet negatiue: ut albedo nõ est ergo albũ non est. ¶Maxima. ¶Remota cã formali remouet eius effectus. Tertio sciẽdũ q; locus a cã formali tenet tã in substãtiali q̃z in accidẽtali: ꝛ tã in forma ptis q̃z in forma totiꝰ. dũ tñ arguat a cã formali ꝓpria. sed arguẽdo a cã formali cõi nõ tenet ꝓstructiue: ut nõ sequitur: anima ẽ: ergo hõ ẽ. Et licet bñ sequat nõ ẽ animal: ergo nõ ẽ hõ. tñ hoc nõ est ꝓpter hitudinẽ forme ad suũ effectũ: sed ꝙ locũ a toto vñ. Et tenet etiã iste locus respectu huius ꝑdicati eẽ vel nõ esse: ꝛ nõ respectu ꝑdicatoꝝ ꝓticulariũ: qz licz forma cõuertat in eẽ cũ suo effectu nõ tñ semp suscipit eãdẽ denominationẽ cũ suo effectu: nec ecõtra. effectus semper suscipit denominationes cõueniẽtes ipsi forme. ¶Quarto sciendũ q; locus ab effectu cause formalis est habitudo ipsius ad suã causam formalẽ. Et tenet cõstructiue ꝛ destructiue. ꝛ eodẽ mõ formantur in ipso argumẽta ꝛ maxime sicut in loco a causa formali: ponẽdo tñ effectũ pro termino inferẽte: ꝛ causam ꝓ termino illato. Et arguendo per istũ locũ oportet eo mõ attribuere esse cause formali: sicut suo effectu: ita q; si effectus habeat esse ꝓmanẽs: ꝛ cõpletũ debet etiã inferri eẽ cõpletũ de ipsa forma: et sic solũ fit in esse successiuo: ꝛ solũ in transitu: sicut aliq̃s dicitur rubeus ex verecũdia in transitu solũ: debet eodẽ mõ poni causa eius. ꝛ sil̃r de aliis modis essendi in. Et tũc semp tenet iste locus ab effectu cause formalis ad suam cãm. Sz cõtra predicta arguitur ꝓmo sic: ꝓma causa dat eẽ oi creature ꝛ eã cõseruat in esse: ꝛ tñ nõ est causa formalis sed efficiẽs creature: ergo diffinitio forme conuenit aliis a diffinito.

Secũdo sic: quãtitas põt esse sine quãto ꝛ albedo sine albo: ut in sacramẽto altaris quãtitas est sine subiecto: ergo nõ sequit quantitas est: ergo quantũ ẽ: ergo locus a causa formali nõ tenet cõstructiue. Tertio sic: nõ sequit generatio nõ est ergo genitũ nõ ẽ: ꝛ tñ generatio est forma denominãs aliquid esse genitũ: ergo locus a causa formali nõ tenet destructiue. Quarto sic: nõ sequitur sol est calid9: ergo in sole est caliditas: quia antecedẽs est verũ ꝛ cõsequens falsum: ergo locus ab effectu nõ tenet ꝓstructiue. Quinto sic: nõ sequitur homo non est: ergo anima rõnalis nõ est qz homine mortuo anima rõnalis remanet in esse: ꝛ tamẽ ibi arguitur ab effectu cause formalis ad suã causam: ergo iste locus nõ tenet negatiue. Ad primũ istoꝝ dr q; ꝑma cã dr esse extrinsece ꝛ effectiue omni creature: nõ tñ formaliter ꝛ intrinsece: sicut intelligit hic de cã formali. Ad secundũ dr q; si ponatur quãtitas sine quanto vel albedo sine albo. ut in sacramẽto altaris. vbi accidẽtia subsistũt sine subiecto tũc quãtitas nõ est causa formalis ipsius quanti. nec albedo albi: ꝛ iõ ibi nõ arguitur tũc a causa formali ad suũ effectũ. vnde quãtitas ista nõ habet suũ effectum qui est dare esse quantũ. Ad tertiũ dicitur q; licet generatio q̃n tũ ad denominationẽ habeat modũ forme respectu geniti: nõ tñ est ſm rem forma dans sibi esse: sed ẽ mutatio autem via ad esse geniti. iõ ibi nõ arguitur a causa formali. Ad q̃rtũ dicitur q; licet sol sit calidus effectiue eo q; efficit calorem in istis inferioribus nõ tamẽ est calidus formaliter. ꝛ eo modo quo est calidus. ſ. effectiue bene sequit q; in eo est caliditas ut in causa efficiẽte. Ad quintũ dicitur q; quãdo anima est separata a corpore non existens in homine tunc ipsa nõ est causa formalis hois in actu sed in potentia tm̃: quia nõ dat sibi esse in actu. ideo ibi nõ bene arguitur ab effectu ad suã causam formalẽ inquantũ est cã formalis.

¶ Finis est gratia cuius fit aliquid: loc9 a causa finali est habitudo ipsius ad suum effectũ ut beatitudo est bona ergo virt9 ẽ bona: locus a causa finali maxima. cui9 finis est bonus ipsum quoqz ẽ bonũ. vel sic

pena est mala ergo peccatū est malus loc⁹ a causa finali maxima. cuius finis est malus est ipsum quoqz malū ⁊ ecōuerso loc⁹ ab effectu cause finalis.

Postqz auctor determinauit de loco a causa formali hic ꝓsequēter determinat de loco a causa finali. eo ꝙ causa finalis in suo esse reali mediāte forma acq̄ritur: rōne cui⁹ ꝑmo sic diffinit finē dicens. ꝙ finis ē gratia cui⁹ aliqd fit. Cuius rō est qz illud qō trahit ⁊ mouet intentionē agentis ad producendū effectū est gratia cuius aliquid fit sed finis trahit ⁊ mouet appetitū agentis ad ꝓducendū effectū ratione cui⁹ dicitur finis. quia finit ⁊ terminat intentionē agēt̄s ideo finis est gratia cuius aliqd fit. ⁊ in hoc differt ab alijs causis. quia nulla aliarū terminat intentionē agēt̄s sed solū illud quod habet rationē finis. Primo sciendū ꝙ finis dupliciter capitur vno modo ꝓ termino durationis alicuius rei. ut mors qñqz dicitur finis hois: quia finit durationē ei⁹ vel terminus tempestatis dicitur finis eius. ⁊ hoc mō finis non est cā. nec isto modo hic accipitur. Alio modo capit̄ finis ꝓ illo quod finit intentionē agentis in ꝓducendo effectum: et est bonū cōsequēs ad ipsum effectuz. ⁊ hoc modo est causa ⁊ etiā hoc modo accipitur hic. Et dividitur quia quidā ē finis quo. s. qui ordinatur ad ulteriorē finē ꝓsequendū. ⁊ respectu ꝑcedentium dicitur finis. ⁊ respectu sequentiū: q̄ mediante ipso acq̄runtur dicitur finis quo. ut pecunia acquisita ꝓ multa media dicitur finis eorū. ⁊ ut valet ad alios fines dī finis quo. Alius est finis gratia cuius ⁊ est finis acq̄situs in rōne ultimi. ⁊ inquantū est causa mediorū precedentium. ⁊ utriqz istorū finiū cōuenit diffinitio finis. ꝑm tū ꝙ uterqz ē gr̄a cuius respectu mediorū precedentiū. Idē enim materialiter pōt dici finis quo: ⁊ finis gr̄a cuius respectu diuersorū.

Secundo sciēdū ꝙ locus a causa finali ē habitudo ipsi⁹ ad suum effectū. Et tenet affirmatiue sic beatitudo ē bona ergo virtus est bona. Maxima. Cuius finis bonus est: ipm quoqz bonū est. Et rō est qz bonitas rei sumit̄ ex bonitate sui finis ⁊ eadē est bonitas finis ⁊ mediorū ordinatorū ad finē. ió si finis sit bonus media in finem ordinata sunt bona. Negatiue tenet sic. interfectio hominis est mala ergo gladius est mal⁹. Maxima. Cuius finis malus est: ipsum quoqz malū est. Et ecōtra: loc⁹ ab effectu cause finalis ē habitudo ipsius ad suā causaz. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. ⁊ posset argui per ipsum cōuertēdo argumenta ⁊ maximas pri⁹ positas. Tertio sciendū ꝙ finis pōt dupliciter cōsiderari. vno mō materialiter ꝑm id quod est non per respectum ad media quorū est finis. Alio modo cōsideratur formaliter ⁊ in rōne finientis: ⁊ sic importat respectū ad media q̄ finit. et hoc modo bonitas finis in rōne finis includit bonitatē mediorū que ordinant̄ in ipsum. Et arguendo per locū a causa finali non sufficit ꝙ finis ꝑm se sit bonus ad inferendum bonitatē effectus: sed requiritur ꝙ sit bonus in rōne finientis: quia solū illo mō habet rōnem cause finalis. Quarto sciendū ꝙ effectus cause finalis est medium ordinatū ad aliquē finē acquirendū: sicut virtus ordinatur ad beatitudinē. Sed duplicia sunt media ordinata in finē: qr quedā sunt media ordinata per se. ⁊ alia sunt media ordinata solū ꝙ accidens. Media per se ordinata sunt illa sine quibus finis nō potest acq̄riri: sicut est virtus respectu beatitudinis. Sz media per accidens sunt illa in quib⁹ finis pōt acq̄ri: ut est inebriatio respectu sanitatis: q̄ qñqz ē mediū accidētaliter quo sanitas acquirit̄. Et loc⁹ ab effectu cause finalis solū tenet in mediis per se: ⁊ nō in mediis per accidens: quia nō sequitur inebriatio est mala: ergo sanitas est mala. Sz cōtra ꝑ dicta arguitur primo sic: nullū malum est finis: qui finis habet rationem boni cuz sit appetibilis ab efficiente: ⁊ tamen aliquod malum est gratia cuius aliquid fit: ut quandoqz interfectio innocētis est gratia cuius aliquid fit: ergo ista diffinitio conuenit alus a diffinito. Secundo sic: non sequitur elemosyna est bona: ergo furari ad dandū elemosynam est bonus: ⁊ tamen ibi arguitur a causa finali constructiue: ergo iste locus non tenet affirmatiue. Tertio sic: non sequitur sectio non est: ergo securis non est: quia antecedens potest esse verū consequente existēte falso: ergo locus a causa finali non tenet negatiue. Quarto sic: bonitas finis nō dependet a bonitate mediorum: sed econtra: ergo ad bonitatem mediorum nō sequitur bonitas finis: ergo locus ab effectu cause finalis non tenet affirmatiue respectu huius predicati bonū. Quinto sic: non sequitur aliquis homo nō est bonus ergo beatitudo non est bona. vl' homo est malus ergo felicitas est mala. ⁊ tamē ibi arguitur ab effectu cause finalis ad suam causam. homo enim producaue est propter beatitudinem acquirendam: ergo locus ab effectu cause finalis non tenet negatiue. Ad primū istorū dicitur ꝙ licz malum sub ratione mali non sit finis: inquantū tamen ē apparens bonū potest habere rationē finis: ⁊ hoc modo malū sub ratione boni apparentis est gratia cuius aliquid fit. ⁊ isto modo est finis: ideo ista diffinitio non conuenit alijs a diffinito. Ad secundū dicitur ꝙ licet elemosyna secundū se sit bona: tamen elemosyna ex furto non est bona in ratione finientis: quia non est finis acquisitus per bona media.

Ad tertium dicitur ꝙ locus a causa finali non tenet respectu huius predicati esse: sed solū respectu horū predicatorū bonū ⁊ malum eo ꝙ finis ⁊ effectus eius non habent cōuenientiam in esse. sed quantū ad esse finis est extrinsec⁹ suo effectui: sed habent cōuenientiā quantū ad bonitatē: qr eadem est bonitas finis ⁊ effectus ei⁹: ideo ibi non bene arguitur per locū a causa finali. Ad quartū dicitur ꝙ licet bonitas finis non dependeat ex parte mediorū in genere cause finalis: tamen dependet ab ipsis effectiue: ⁊ dato ꝙ nō causetur ab ipsis adhuc posset sequi illatiue ex bonitate mediorū bonitas ipsius finis: eo ꝙ media capiunt bonitatez ex parte finis. Ad quintū dicitur ꝙ licet aliquis homo sit malus: hoc non est ex effectu beatitudinis: quia nō disponit se ad talem finem per liberū arbitriuz sed deuiat a tali fine ⁊ priuat se bono ad qō erat ordinatus ideo ibi non arguitur ab effectu cause finalis. ⁊ sic patet de locis a causa ⁊ ab effectu.

¶ Generatio est progressus a non esse ad esse. Locus a generatione ē habitudo ipsius generationis ad generatū: ut generatio domus est bona ergo domus est bona. Maxima. Cuius generatio est bona ipsum est bonum. Et ecōuerso est locus a generato. maxime sunt iste. Si generatū est bonū eius generatio ē bona. Et si generatū est malū eius generatio est mala. Corruptio est progressus ab ee in nō esse. Locus a corruptione est hītudo ipsius ad corruptū: ut corruptio domus est mala ergo domus est bona ⁊ corruptio antixpi ē bona: ergo antichristus est malus. Locus a corruptione. Maxima. Cuius corruptio est bona ipsum est malū: ⁊ cui⁹ corruptio est mala ipsum est bonū. Et ecōuerso ē locus a corrupto.

Postqz auctor determinauit de locis a causa: ⁊ effectu. hic consequenter determinat de locis a generatione ⁊ corruptōne. Et prius de loco a generatione: quia ipsa se habet ut habit⁹ corruptio vero ut priuatio. ratiōe cui⁹ primo diffinit generationē dicens. Generatio est progressus de nō esse ad ee: ⁊ capitur ibi progressio generaliter pro mutatione in cōmuni ⁊ non specialiter pro motu progressiuo: ideo ibi ꝓgressio ponitur loco generis. Et ponitur a non esse ad esse ad explicandū terminos generationis: quia nō esse est terminus a

quo ipsius: esse vero est terminus ad quē. Unde omnis motus ⁊ mutatio habēt cognosci per suos terminos ⁊ per suum terminū ad quē accipit speciem ⁊ differentiam ab aliis: ideo isti termini ponuntur in ista diffinitione ad differentiā omniū aliarū specierū motus. Primo sciendū q̄ generatio dupliciter accipitur. Uno modo specialiter prout est mutatio de nō esse substantie ad esse substantie: ⁊ sic solū reperit in substantijs. Alio mō accipitur generaliter pro quacūq; mutatione de non esse ad esse siue sit ad esse substantie siue accidētis. ⁊ hoc modo generatio ꝓuenit tā substantijs q̄z accidentibus ⁊ generatio substantie est generatio simplicit dicta generatio vero accidentis est generatio secundū quid et imperfecta. hic aūt sumitur cōmuniter generatio tā pro generatione substantie q̄z pro generatiōe accidentis: quia ad vtrūq; tenet locus a generatione. ⁊ etiā vtriq; ꝓuenit diffinitio generationis prius posita licet per prius conueniat generationi substantie. Secundo sciēdū q̄ locus a generatione est habitudo ipsius ad generatū. Et tenet affirmatiue ut generatio domus est bona: ergo domus est bona. Maxima. Cuius generatio est bona ipsum quoq; bonū est. Cuius rō est: quia generatio intrinsece terminatur ad esse geniti: ideo generatio dicit vnū ⁊ idem esse cū ipso genito: ideo si generatio sit bona bonitate que est ex parte geniti ad quod terminatur oportet genitū esse bonū: ⁊ si sit mala erit malū ⁊ ecōtra: eo q̄ dicunt vnū ⁊ idem esse sed generatio importat ipsum in fieri ⁊ genitum in facto esse. Et tenet iste locus negatiue sic generatio furis est mala: ergo fur est malus. Maxima. Cuius generatio est mala ipsuq; quoq; malū ē. Et proportionaliter potest diffiniri locus a generato ad generationeq; Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue: ⁊ formantur argumēta et maxime similiter secundū ipsum sicut secundū locū a generatione. Tertio sciendū ē q̄ corruptio ē progressio ab eē ad nō esse ut corruptio sortis est progressio a suo esse ad nō esse eius. Et capitur progressio pro mutatiōe in cōmuni loco generis. Deinde ponitur ab esse ad nō eē: quia esse ē terminus a quo corruptiōis. ⁊ non esse est terminus ad quē: et ab illo nō esse capit corruptio speciez ⁊ differentiā a generatione ⁊ ab aliis motibus. Et quia nō esse rei est oppositum ipsi esse rei: ió corruptio que essentialiter importat nō eē rei est quodammodo opposita rei que corrūpitur: ⁊ inde est q̄ a corruptiōe ad corruptū arguitur respectu diuersoū p̄dicatoū: ⁊ ecōtra: licet in loco a generatione semp arguatur respectu eiusdē p̄dicati in antecedente ⁊ consequente. Quarto sciendū est q̄ locus a corruptione est habitudo ipsius ad suum corruptum. Et tenet affirmatiue sic. Corruptio antixp̄i ē bona: ergo antixp̄s ē malus. Maxia. Cuius corruptio est bona ipm q̄q; malū ē. Cuius rō ē q⁹ corruptio ⁊ corruptū opponunt inter se sicē ⁊ nō eē: q⁹ corruptio dicit nō eē corrupti i fieriq; si vnū oppositoꝝ fuerit bonū alterū erit malū: ió cū corruptio sit bona ipm corruptū erit malū: ⁊ ecōtra si corruptū sit bonū corruptio erit mala. Et tz negatiue ut corruptio domus est mala: ergo domꝰ est bona. Maxima. Cuius corruptio est mala ipsum quoq; bonum est: quia corruptio non dicitur mala nisi inquantū opponitur bono ⁊ est corruptiua boni. Et locus a corrupto est habitudo ipsi⁹ ad suam corruptionez: ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue ⁊ formātur argumenta ⁊ maxime eius similiter sicut in loco a corruptione. Cōtra predicta arguitur primo sic: generatio domus potest esse domo nō existente: ergo si illa generatio sit bona domus non erit bona cū domus nō duz sit: ergo non sequitur affirmatiue per locū a generatione. generatio domus est bona: ergo domꝰ est bona. Secūdo sic: nō sequitur latro est malus: ergo generatio eiꝰ est mala: quia potest stare q̄ habuerit pfectam generationē: ergo locus a generato nō tenet negatiue Tertio sic corruptio opponitur corrupto ⁊ ita tenet locus a corruptione ratione discōuenientie corruptionis ad corruptū ⁊ nō gratia cōuenientie: ergo ille locus est extrinsecus cum terminus inferens sit extrinsecus termino illato: ⁊ ita hic male ordinatur inter locos intrinsecos. Quarto sic: nō sequitur corruptio christi fuit bona ergo xp̄s fuit malus: quia antecedens est verū ⁊ cōsequens falsum ergo locus a corruptione non tenet constructiue.

Quinto sic: nō sequitur antixp̄s nō est bonus: ergo corruptio eius est bona: cū antecedens sit verū ⁊ cōsequēs falsū ⁊ tñ ibi arguitur negatiue a corrupto ad corruptionē: ergo ille locus nō tenet negatiue. Ad primū dicitur q̄ q̄n generatio cuiuscūq; rei p̄cedit ipsum genitū ipsa nō est bona bonitate finis nisi aptitudine tm̄: qz solū habet bonitatē in actu: q̄n genitū habet bonitatē in actu: ⁊ eo mō quo ipsa est bona. s. fm aptitudinē: ⁊ etiā genitū q̄n in ipsa includitur in fieri: dicitur esse bonū fm aptitudinē: ⁊ similiter q̄n est genitū in actu ⁊ transiuit generatio eius: si genitū sit bonū actu etiā generatio eius pōt dici bona in actu: eo q̄ genitū includit esse: quod est terminus intrinsecꝰ ⁊ essentialis generationis: ratione cuius ipsa pōt dici bona. Ad secundū dicit q̄ licet hō malus possit habere bonā generationē ⁊ pfectaz q̄tū ad bonitatē forme ⁊ organis tm̄ nunq̄z habet bonā generationē bonitatē finis: que quidē bonitas est bonitas ipsius geniti: ⁊ de illa solum hic intelligitur. Ad tertium dicitur q̄ locus a corruptione simpliciter est extrinsecus: quia tenet causa discōuenientie termini inferentis cū termino illato: qō sufficit ad locū extrinsecū: ⁊ habet reduci ad locū ꝓtra dictorie oppositorū. Sed ꝓpter cōuenientiā generationis ⁊ corruptionis. iste locus hic enumerat inter locos intrinsecos: ⁊ etiā a multis ponitur locus intrinsecus fm habitudinē terminorū si sumeretur habitudo extrinseca termini illati. Ad q̄rtū dō q̄ licet corruptio xp̄i fuerit bona quo ad nos: tñ fuit mala fm se: ⁊ inquātū fuit destructiua vite xp̄i: ió in rōne corruptiōis ⁊ p respectum ad nō esse seu ad corruptū nō fuit bona: ⁊ in istis locis semp̄ dz argui de bonitate vl malicia q̄ ꝓuenit p se corruptioni ⁊ corrupto: ⁊ nō de bonitate p accidēs. Ad quintū dō q̄ cōsequētia nō valet qz non ponitur ipsum corruptū in añcedente: qz illa negatiua de se nihil ponit esse: sed bñ sequeretur antixp̄s est malus ergo corruptio eius est bona in aptitudine.

Usus ut hic sumitur ē opatio rei siue exercitiū ipsius: ut securis secare ⁊ eq̄ eq̄tare est exercitiū siue opatio. Locus ab vsib⁹ est habitudo eius ad id cuius ē opatio siue vsus: ut eq̄tare siue scindere ē bonū: ergo equus ē bonus vel securis est bona. Occidere ē malū: ergo occisor ē malus. Locus ab vsib⁹, maxima. Cuius vsus bon⁹ ipz quoq; bonū. ⁊ cui⁹ vsus mal⁹ ē ipm quoq; malū. Cōiter accidētia sumunt dupliciter. Quedam enim sunt q̄ aliqñ se consequūtur ut comptus ⁊ adulter ⁊ ab his nō sumit locus dialetic⁹ sed sophistic⁹. Alia sunt quoz alterū semper cōsequit alterū: ut penitere sequitur deliquisse ⁊ ab his sumit locus dialeticus ut peniteat ergo deliq̄t Locus a cōiter accidentibus. Maxima. Si cōiter accidētiū posterius ineſt et p̄mū Destructiue sic. Nō deliquit siue non peccauit: ergo nō penitet. Loc⁹ a cōiter accidentibus, maxima. Si accidentiū cōmuniter primū nō ineſt nec posterius.

Postq̄z auctor determiauit de loco a gñatiōe ⁊ corruptōne. hic ꝓsequit determiat de loc; ab vsib⁹: ⁊ cōiter accidētib⁹ rōe cui⁹ primo diffinit vsū dicēs: q̄ vsꝰ ē opatio siue exercitiū ipi⁹ rei. Cui⁹ rō ē: qz vsus ē illō q̄ vtēs vtit re v̄ sit ata vl instrumēto ei⁹ ió dz vsꝰ ō vtor vter]. sz opatio siue exēcutiū ipi⁹

rei est illud quo agens principale vtitur suis instrumentis: ut secare ⁊ illud quo homo vtitur securi. ⁊ equitare quo vtitur equo: ergo vsus cõuenienter dicitur operatio siue exercitus ipsius rei. Et pot capi dupliciter. vno mo specialiter solu p operatione rei qua agens principale vtitur reb⁹ sibi subordinatis. Alio mo generaliter p quacuq; operatione rei ad quam res ipsa est ordinata: ⁊ isto modo hic accipitur. ¶Primo sciendu est q vsus dupliciter pot ꝯsiderari. Uno mo p respectu ad vtentẽ. Alio mo p respectu ad rem vsitatã cui⁹ dicit vsus ut secare q est vsus securis pot cõparari ad hoiem q ipsa securi vtitur ⁊ ad ipsam securim. ⁊ p ꝯparationẽ vsus ad rẽ vsitatã sumit locus dialetic⁹ qui dicit ab vsibus: ⁊ nõ p cõparationẽ eius ad ipsum vtentẽ eo q vsus maiorẽ habet cõuenientiã ⁊ habitudinẽ cũ vsitato q; cũ vtente. nõ enim sequit: equitare est bonũ: ergo equitas est bonus: nec ꝯtra.

¶Secũdo sciendũ q locus ab vsibus ẽ habitudo ipsius vsus ad vsitatũ. Et tenet affirmatiue sic: secare est bonũ ergo securis est bona. ¶Maxima. Si vsus sit bonus ⁊ vsitatũ est bonũ. Cuius rõ est: q; oẽ ens ꝓductũ est ꝓpter suã operationẽ et denominat bonũ ꝓpter bonitatẽ sui opis: q; illa ẽ bonitas sui finis in executiõe: ideo si vsus est bonus vl operatio rei sit bona: ipsum vsitatũ erit bonũ. Et tenet negatiue sic: occidere est malũ: ergo occisor est malus. ¶Maxima. Si vsus est mal⁹ vsitatũ est malũ. Et vocatur iste locus ab vsibus in plurali ⁊ nõ ab vsu in singulari: eo q eodẽ argumento pot argui a pluribus vsib⁹: ut dicẽdo: equitare est bonũ trahere aratrũ est bonũ ⁊ sic de alijs vsibus equi: ergo equus est bonus: nõ tñ semp oportet in quolibet argumẽto ponere plures vsus. Et similiter tenet locus ab vsitato ad ipsum vsum affirmatiue ⁊ negatiue sicut locus ab vsu. Tertio sciendũ q duplicia sunt cõiter accidẽtia. quedã enim sunt q contingẽter ⁊ nõ semp se inuicẽ cõsequuntur: ut in hoie magnus ⁊ fortis: ⁊ pulcher ⁊ bonus. Alia sunt que semper ⁊ necessario se cõsequũtur: eo q habẽt inter se necessariã habitudinẽ: ⁊ ista sunt duplicia. quedã enim sunt q se cõsequũtur cõuertibiliter ut in hoie risibile ⁊ flebile. ⁊ in brutis habere cornua ⁊ habere duos dentes: vel nõ habere duos dentes superiores. Alia vero sunt q se cõsequũtur necessario ⁊ nõ cõuertibiliter ut sunt delinquere ⁊ penitere: vl nõ mingere ⁊ habere plumas vñ dicuntur talia cõiter accidentia q; simul plura talia vni accidunt. Et a cõiter accidentibus que necessario se ꝯsequũtur sumitur locus dialeticus non aũt ab alijs que se consequũtur cõtingenter sed ab ipsis sumitur locus sophisticus.

SOlet aūt q̄ri vtrū termi ſimpl̄r reſtrigantur in ꝓpōe negatiua ſicut i affirmatiua dicūt enim q̄ eſſe reſtringit ad exiſtētes ergo nō eē ad non exiſtes ergo nō ꝓ eiſdē fit reſtrictio i affirmatiua ⁊ negatiua. Itē videt q̄ oīs negatiua i q̄ negat eē ſimpl̄r ſit falſa ſi ſimil̄r reſtrigunt termini i affirmatiua ⁊ negatiua: q̄ i hac roſa ē: ille termin⁹ roſa reſtringit ad exiſtētes ergo ſi in hac: roſa nō eſt reſtringit ad nō exiſtētes: tūc ſenſus ē roſa q̄ ē nō eſt ſed hec eſt falſa: ergo hec roſa nō eſt: ⁊ ſimil̄r q̄libet negatiua in q̄ negatur eſſe ſimpliciter eſt falſa. qō falſum eſt: ⁊ ſic videt q̄ nō ſimil̄r reſtrigūt termini in affirmatiua ⁊ negatiua: ſ̄Probatio: q̄ nō ſimiliter. q̄ ille termin⁹ hō reſtringit ad exiſtētes: ergo ⁊ in hac null⁹ hō eſt reſtringit ad nō exiſtentes: ergo vtraq; eſt vera: q̄ de exiſtētib⁹ vere p̄dicat eſſe ⁊ de nō exiſtentib⁹ vere remouet: ergo due cōtradictorie ſunt ſimul vere: qō eſt ipoſſibile: ergo illud ex quo ſeq̄tur eſt impoſſibile. ſ. q̄ ſimiliter reſtringūtur termini in affirmatiua ⁊ negatiua. Item regula ē. Omne verbum ſimpliciter ſumptū non habens vim ampliandi nec ex ſe nec ex alio reſtrigit terminū ſibi ſupponentem quo ad ꝓſignificationē q̄ ē tps: ⁊ nō quo ad ſuā ſignificationē ergo tēp⁹ ē cā reſtrictiōis illi⁹ ⁊ p̄m idē tps manet in affirmatiua ⁊ negatiua ſibi oppoſita: ut roſa ē roſa nō eſt: ergo eadem eſt cā reſtrictionis in vtraq;: ergo ꝓ eiſdē fit reſtrictio i vtraq;. Et iſta argumēta cōcedim⁹. Ad illud q̄d p̄mo obiiciē dicendū q̄ ee nō reſtrigit ad exiſtētes ſicut nec curit ad currentes: q̄ nullum verbū reſtringit terminus ſibi ſuppoſitum quo ad ſuā ſignificationem: ſed quo ad cōſignificationem que eſt tempus: vñ non reſtringit ad ſuppoſita exñtia. ſed ad ſuppoſita pñtia. Suppoſita autem preſentia poſſunt eſſe in quibuſdam terminis tam exiſtentia q̄ non exiſtentia: ut cum dicitur enunciabile eſt: iſte terminus enunciabile ſupponit tam pro enunciabilibus exiſtentibus q̄ non exiſtentibus. Omnia autez enunciabilia que ſunt falſa in preſenti ſunt preſentia ſed non exiſtentia: quia nō nullum falſum eſt: ⁊ ſic eſſe non reſtringit ad exiſtentes ſed ad preſentes: vnde non eſſe non reſtringit ad non exiſtentes: ſed ſimpliciter ad preſentia: cum idem tempus ſit vtrobiq; quod eſt cauſa reſtrictionis. Ad aliud

aũt dicẽdum q̃ dupler forma ẽ termi cõis Quia quedam sunt quo saluant̃ tm̃ in rebus existentibus ut hũanitas q̃ est forma hominis ⁊ aĩalitas animalis. ⁊ in talibus terminis omnia supposita existentia sunt presentia. Alia forma termi cõis q̃ saluatur tam in rebus existentibus q̃z nõ existẽtibus ut enũciabilitas que est forma enũciabilis. q̃ quedam enũciabilia sunt existẽtia ut dictum est: ⁊ omnia vera: ⁊ alia non existentia ut hominem esse asinũ ⁊ oĩa falsa. ⁊ in talibus cum restringitur terminus cõis ad pñtia restringitur tã ad existentia q̃z nõ existentia vñ huius ꝓpõnis. rosa nõ est. Non est sensus rosa que ẽ non ẽ: sz is ẽ sensus. rosa pñtialit̃ sumpta nõ est. Solet autem poni q̃ quedam restrictio fit ab vsu ut cũ dicitur nihil est in archa cum tamen sit plena aere: quia termin⁹ ille nihil supponit ab vsu pro reb⁹ solidis: ⁊ reꝛvenit ꝑ rege patrie ⁊ magister legit pro magistro proprio. Solent etiam ponere q̃ fit aliqua restrictio ꝑ transsũptionẽ verbi ut sortes pascit hominez: ille terminus homo supponit pro alio a sorte virtute transsumptionis verbi: q̃a dãs ⁊ recipiẽs per se sũt diuersa vnde pascẽs ⁊ qui pascitur oportet esse diuersa. Et ideo si aliquando sunt eadem hoc est ꝑ accidens: quia per hoc idez est subiectum vtrobiq̃z vtriusq̃z. sicut i dẽ est dur ⁊ eꝑus ꝑ accidens vnde dicũt q̃ nõ sequitur sortes pascit se ⁊ est hõ ergo pascit hoiem: quia est sophisma accidẽtis: q̃a hoc pronomen se nõ potest supponere pro diuerso a sorte: sed homo põt ⁊ hec de restrictionibus sufficiant:

¶Postq̃z autor determinauit de restrictiõe facta q̃ nomen ⁊ verbũ hic cõsequenter circa pdicta mouet cõuenier̃ vnũ dubiũ videlicet an terminus eodẽ modo restringat̃ in propositione affirmatiua ⁊ in negatiua: Ad qõ quidam respõdent q̃ non sit̃r sed diuersimode restringuntur termini i ꝑ positione affirmatiua ⁊ negatiua ⁊ dicũt q̃ esse restringit ad existentes ⁊ non esse ad non existentes: sed cum affirmatiua dicat esse negatiua vero non eẽ: sequitur q̃ non eodez modo restringuntur termini in affirmatiua ⁊ negatiua. dant etiam talem rõnem si termini eodem modo restrigãt̃ in affirmatiua ⁊ negatiua: sequitur q̃ oĩs negatiua in qua negatur eẽ simplr̃ eẽt falsa: pñtia tenet q̃ in ista rosa est: rosa restringitur ad exñtes: vt dicunt: ergo si in ista rosa non ẽ rosa restringeret̃ ad exñtes sensus hui⁹ ꝓpõnis eẽt: rosa q̃ ẽ non ẽ: qõ est manifeste falsũ: ⁊ hoc nõ vr̃ falsum nec seq̃ ex alio: nisi q̃ termini eodẽ mõ restringunt̃ in affirmatiua ⁊ negatiua: ergo vr̃ q̃ termini non eodem mõ restringantur. Sed q̃ termini eodem modo restringantur in affirmatiua ⁊ negatiua hoc oñdit ¶dc. hyl. ¶Pro q̃ ꝑmo sciendũ q̃ ꝛbũ nõ põt restrigere t̃minũ comunẽ positũ a ꝑte subiecti q̃ ad ꝓncipalẽ significationẽ sz tm̃ q̃ ad cõsignificationẽ q̃ ẽ tẽp⁹: sic̃ ergo dicit text⁹: vbi ẽ eadẽ cã restrictiõis: ibi ẽ eadẽ restrictio: sz i ꝓpõne affirmatiua ⁊ negatiua ẽ eadẽ cã restrictiõis sic in istis duab⁹ rosa ẽ: ⁊ rosa nõ est q̃ in ipis ẽ ꝛbũ presenti tpis: qõ q̃dẽ verbũ restringit solũ q̃ ad ꝓsignificationẽ q̃ est tpis: ergo sequit̃ q̃ in istis duabus t̃minis eodez mõ restringũtur: q̃ in vtraq̃z est idem verbũ eiusdẽ tpis: ergo eodẽ mõ q̃ restringit i vna ⁊ etiã in alia. Illam rõnez adducit text⁹: q̃ si nõ restringerent̃ eodem modo due contradictorie eẽnt simul vere: quod est impossibile: ꝓsequẽtia patet quia si i affirmatiua esse restringit ad existentes: ⁊ i negatiua nõ eẽ ad nõ existẽtes: ⁊ esse vere ꝑdicet̃ de existẽtib⁹: ⁊ nõ eẽ de nõ exñtibꝰ vere remoueatur: sicut in istis duab⁹ hõ est hõ nõ ẽ q̃ si in ista hõ ẽ hõ restringit̃ ad existentes tm̃. ⁊ in ista hõ nõ est ad nõ existentes tm̃ seq̃t̃ q̃ ille due eẽnt simul vere hõ ẽ hõ nõ ẽ: qõ ẽ impossibile. Secundo sciẽdum q̃ termini eodẽ modo restringuntur i affirmatiua sicut in negatiua dũmõ in ambabus ponatur idem verbũ: ⁊ rõ est: q̃ vt dictum ẽ verbũ nõ restringit quo ad significationez: sed solũ quo ad consignificationẽ: ergo si predicetur eẽ in aliq̃ ꝓpõe: sicut in ista homo est sequit̃ q̃ illud verbum ẽ non restringit hoiem ad non existentes: sed solũ ad presentes: ⁊ sil̃r si non eẽ ꝑdicetur sicut in ista vel consimili ꝓpõe hõ nõ est: ex quo manet idẽ tẽpus: sequit̃ q̃ iste terminus hõ vel cõsilis restringit̃ ad presentes: ⁊ cum ꝑsens reperiat̃ tã i existentibus q̃z in nõ exñtibus. ſ. in aliquibus terminis: vt in istis: enunciabile est: enunciabile nõ est: sequitur q̃ termini semp restrigãtur quo ad pñtes siue existant siue non. vnde aliqua sunt enunciabilia que semper existunt: que sũt ꝑsentia: sicut deus est. ⁊ alia sunt enunciabilia ꝑsentia que nunq̃z existunt: vt illud enũciabile hõ est asinus. est enim ꝑsens ⁊ non existens: q̃ nullus falsum existit. Ex quo sequitur q̃ ꝛbum ꝑsentis tpis restringit terminũ cõem sibi supponẽtem vel apponentẽ ad pñs: siue existant siue non. vnde i ista hõ currit hõ nõ restringit̃ ad currẽtes: sz solũ ad pñtes: siue currant siue nõ. Tertio sciendũ q̃ autor ponit in textu q̃ndam restrictionẽ abusiuam: que quidem restrictio sortita est nomen ab vsu cõi loquendi. vñ ꝑm cõem vsum loquendi dicimus q̃ qñ nõ ẽ aliquod corpus solidũ vel firmũ in ãphora q̃ nihil ẽ in illa: sicut dicim⁹ q̃ nihil est in archa: q̃n non est nisi aer qui nõ est corpus solidũ vel firmũ. vñ in ista: nihil ẽ i archa nihil sumit̃ ab vsu ꝑ reb⁹ solidis ⁊ firmis. ⁊ in ista ꝓpõe mgr̃ legit magr̃ sumitur pro mgro ꝓpo. Quarto sciendum q̃ autor ponit finaliter quandam restrictionẽ quã vocat trãsitiuã: ⁊ nõ dr̃ trãsitiua eo q̃ trãseat: sed q̃ sit ꝛbi cuiꝰ verbi trãsitiui: ꝛbũ eni transitiuũ iportat actũ egredientẽ ab agẽte in patiens: ⁊ q̃ agẽs ⁊ patiens sũt diuersa ideo oꝫ q̃ termin⁹ positus post verbũ trãsitiuũ stet ꝑ aliis suppositis a suppositis subiecti ad ꝛbi: vt cũ dicitur sortes pascit hominẽ: ibi hõ supponit ꝑ aliꝫ suppositꝫ siue ꝑ aliis hoibus a sorte eo q̃ idem nõ est agens ⁊ patiens saltem ꝑm idem vnde licet iste due restrictiões vltime nõ sint restrictiones simplr̃. tamen sunt vtiles ad obuiandũ cautelis ⁊ cauillationibus sophistarũ rõne cuius auctor hic determinat de ipsis. Contra predicta ar̃. ꝑ⁹ sic si termi eodẽ mõ restringerent̃ in affirmatiua ⁊ negatiua seq̃ret̃ q̃ oĩs negatiua includeret̃ ꝺictionem: sed hoc ẽ falsum: ꝓa patet q̃ i ista rosa est: rosa restringitur ad existentes: ergo si sil̃r restringat̃ i ista rosa non est sequitur q̃ ista rosa nõ est includat contra dictionẽ q̃ eq̃pollet. huic rosa q̃ ẽ nõ ẽ. Secũdo sic negato aliq̃ negant̃ oĩa ꝓña ad ipꝫ: ergo negato ꝛbo negãt̃ oĩa q̃ cõsequũtur ad ipꝫ ꝛbum sz ꝓsignificatio q̃ ẽ tps ꝓsequit̃ ipsum ꝛbũ ergo si in ꝓpõne negatiua verbũ non restringeretur ad nõ exñtes: tũc sequit̃ q̃ neq̃z etiã ad pñtes: q̃re magis videtur q̃ rõne ꝓncipalis significationis debeat restringere nomẽ q̃z quo ad cõsignificationem: sz non restringit q̃ ad significationem: ergo nec quo ad consignificationem.

Tertio sic: in ista: homo est: homo restringitur ad existẽ-

res tm̃:sed omnes ꝓsentes sunt existentes: ergo si restringitur ad ꝓsentes:restringitur ad exĩtes:ergo cõtra textuz

Quarto sic:in restrictione abusiua non est restringens nec coartãs:ergo nulla ẽ restrictio.antecedẽs patet:quia in ipsa ponitur signũ vniuersale sicut hic : nihil est in bursa:ꝫ signũ vniuersale magis habet ampliare ꝙ restrigere: ergo videtur ꝙ in talibus nulla est restrictio. Quinto sic:ome transitiuũ aptũ natum est transire:sed nulla restrictio apta nata est transire:ergo nulla est transitiua restrictio. Ad primũ istoꝝ dicit ꝙ terminus positus añ verbũ ꝑsentis tẽporis restringit ad ꝓsentes tantũ:ꝛ non ad existentes. ió sensus huius ꝓpositionis rosa non est:non est iste:rosa q̃ est non est : sed est iste:rosa ꝓsentialiter sumpta non est.

Ad secundum istoꝝ dr̃ ꝙ ꝫ significatio verbi sit magis intrinseca verbo q̃ ꝓsignificatio:tñ ꝓsignificatio potior est ad restringendũ q̃ significatio. Cui⁹ rõ ẽ.qz verbum restringit quo ad ꝓsignificationẽ que ẽ tẽpus:qđ habet rõnem mẽsure.ꝛ quia mẽsura restringit mensuratum.ꝛ quantitas mẽsurati accipitur secundum quantitatem mensure. ió sequitur ꝙ verbum habet magis restringere ex ꝑte temporis q̃ ex parte rei significate. Ad tertium dr̃.ꝙ licet omnes homines ꝓsentes existant:tñ non minus ille termin⁹ homo de se supponit ꝙ non existẽtiu⁹:quia cuz dr̃ ꝙ verbum ꝓsentis tꝑis restringit ad ꝑntes:intelligit siue existãt siue nõ. Unde si aliqui hoies essent ꝓsentes.ꝛ nõ existentes in ista ꝓpositione hõ est:homo teneret tam ꝙ existentiu⁹ q̃ ꝙ non existentibus. Unde ꝙ accidens ẽ ꝙ in ꝓpositione ista hõ ẽ:hõ supponat ꝙ existentibus. Ad quartum istoꝝ dr̃ ꝙ in talibus ꝓpositionibus vsus cũ itellectu nostro est restringẽs.ꝛ ideo dr̃ restrictio abusiua qz fit ab vsu. Ad quintũ istoꝝ dr̃.ꝙ restrictio non dr̃ trãsitiua eo ꝙ trãseat in alterũ:sed dr̃ trãsitiua qz fit ratione verbi trãsitiui vt dictũ est. Et hec de restrictionibus dicta sufficiant.

¶ Tractatus sextus de distributione

Distributio est multiplicatio termini cõis ꝙ signum vniuersale facta:ut cuz dicit hõ ille termin⁹ hõ distribuit si ue ꝓfudit ꝙ quolibz suo iferiori ꝙ hoc signũ oĩs:ꝛ sic ẽ illa mltiplicatio tmini cõis. Dico ãt tmini cõis:qz tminus singularis no põt distribui vnde iste sũt incõgrue omnis sortes ꝛ ois plato:ꝛ sic de alijs:ꝛ est ibi soleocism⁹ per ptes oratinis. Signoꝝ autez vniuersaliũ:alia sũt distributiua substãtie:ut oĩs nullus ꝛ silia Alia sũt distributiua accidẽtiuz ut qualis cũqz quãtuscũqz: signũ aũt distributiuũ subẽ est qđ distribuit res se hꝫentes ꝑ modũ eius qui ẽ quid.ut oĩs nullus:ut cum dicit omnis albedo: omnis nigredo. vnde subã sumit cõiter qđres cuiuslibet generis ut cum dicitur signuz distributiuũ substantie. Signũ distributiuũ accidentis ẽ quod distribuit res se hꝫentes per modũ accidentis vel per modum qualis vel quãti:ut q̃liscũqz quantuscunqz. Item signorũ distributiuoꝝ substantie. alia sunt distributiua ꝑtium integraliũ ut totus. alia vero subiectiuarũ ut omnis nullus. Item signoꝝ distributiuoꝝ partium subiectiuarum quedã sunt distributiua duoꝝ ut vter qz ꝛ neuter ꝛ consimilia. quedam vero distributiua pluriu̇m:ut omnis nullus ꝛ cõsimilia.

Iste est tractatus sext⁹ paruoꝝ logicaliũ ꝑetri hy.in q⁹ postq̃ in precedenti tractatu determinauit de quadã propꝛi etate termini:que dicit restrictio:hic consequenter determinat de alia que dicitur distributio. Cuius ordinis rõ est: qz restrictio magis intrinsece ꝙuenit termino q̃ distributio nam restrictio fit per terminum restringentẽ qui potest esse pars ꝓpositionis sicut terminus restrictus. ꝫ distributio fit per signum vniuersale:quod non est pars ꝓpõis:ꝫ est dispositio subiecti.precedit tñ iste tractatus tractatuz de sincathegorematibus:quia cognitio distributionis ꝛ signoꝝ distributiuoꝝ multum valet ad cognoscendũ ea de quibus in sincathegorematibus determinat. Primo sciendum ꝙ distributio accipit dupliꝛ uno mõ ꝑpe ꝓut ẽ alicuius rei in plures diuisio ꝛ illarũ partũ in diuersa subiecta comuni catio:ꝛ isto modo non capitur hic:ꝫ a tali distributione sic accepta sumit iustitia distributiua:q̃ est habitus restrictionis distributionẽ talem facientis regulatiuus. Alio modo capitur metaphorice vt ẽ nomẽ secũde intentiõis:ꝛ hoc dupliciter:uno mõ actiue ꝛ sic ꝙuenit signis distributiuis. alio mõ passiue ꝛ sic conuenit termino distribuibili. Secundo sciendum ꝙ ꝫ idẽ terminus materialiter.ſ.termin⁹ cõis habẽs suppõnez ꝑsonalem sit restringibilis ampliabilis ꝛ distribuibilis:tñ hoc est ꝑm diuersas rõnes:quia dicitur restringibilis ĩ quantũ põt coartari ad standũ ꝙ paucioribus suppositis q̃ prius stabat.ꝛ dicitur ampliabilis in quantum potest extendi ꝛ accipi ꝙ plurib⁹ q̃ pri⁹.ꝫ dr̃ distribuibilis in quantũ ꝙ signũ vle põt actualiter multiplicari per plura supposita:ꝛ ideo terminus distribuibilis in quantum distribuibilis est subiectũ attributionis huius tractatus.vnde autor incipit suũ tractatum a passione ipsius termini distribuibilis:q̃ est distributio:ipsam sic diffiniens: Distributio est multiplicatio termini cõis ꝙ signuz vniuersale facta vnde ponitur multiplicatio loco generis.deinde ponit termini cõmunis addiam termini discreti:q̃ non põt distribui nã vt habetur in textu iste sunt incõgrue oĩs sortes omnis plato.ꝛ rõ est nã ad hoc ꝙ terminus possit distribui requiritur ꝙ significet naturam multis cõicabilem qđ nõ conuenit singularibus.deinde ponitur ꝙ signum vle ad denotandum causam efficiẽtem instrumẽtalem distributiõis.intellectus enim est qui principaliter facit.distributionem.ꝛ signũ vniuersale instrumẽtũ. Tertio sciendũ ꝙ in q̃libet distributione sunt quattuor. ſ.distribuens.distributũ.id ꝙ quo fit distributio.ꝛ id respectu cui⁹ fit distributio . distribuens est dupliciter sicut nuper dictum est in fine secundi notabilis. distributũ aũt ẽ termin⁹ cõis habens ꝑsonalem suppositionem illa vero ꝙ quibus fit distributio sunt inferiora illius termini cõis.illud autẽ respectu cuius fit distributio est ipsum predicatum.vñ q̃tuoꝝ põt assignari cause quare signa vniuersalia sũt inuẽta.ꝓio ad habendam dr̃iaz inter terminum supponentem determinate ꝛ cõfuse.secũdo ad removendum dr̃iam terminoꝝ cõmunium.qñ cui termin⁹ cõmunis sumitur sine signo vl̃i indifferenter stat ꝙ vno vl̃ ꝙ pluribus sed quando sibi additur signum vle de necessitate stat pro omnibus suis suppositis. Tertia cã est ad habendum contradictionem.quarta cã est ꝓpter sillogismum.in oi enisillogismo oportet alterã premissarum esse vlem. ex quo pz necessitas signoꝝ vlꝛz.ꝛ vocant signa vlia non ꝙ signi ficent rem vlem:ꝫ quia significat qñ vniuersaliter.ſ.faciunt terminum cõem cui adiũguntur stare vl̃r ꝙ oib⁹ suis suppositis Quarto sciendum ꝙ multipler ẽ effectus signorum distributiuoꝝum.ió ad cognitionẽ signoꝝ distributiuoꝝum diffinitur distributiõ ꝛ posita diffinitione distributionis autor diuidit signa vlia siue distributiua in signa

distributiua substantie vt omnis nullus ⁊ sic de aliis. ⁊ signa distributiua accidentium vt quantuscūq; qualuscūq; ⁊ dicuntur signa distributiua subē non q̄ solum distribuāt rem de p̄dicamēto subē: ſz q̄ solū distribuūt rē se habentē p modū substantie ſue p modū eius qō ē q̄d. i. ſignificata per modum p se ſtantis ⁊ per nomē substantiuū. ſimiliter dicunt distributiua accūt q̄ distribuūt rē ſignificatā p modū alterius adiacētis. deinde diuidit ſigna distributiua subē nā q̄daz ſunt distributiua partiū integraliū: vt totus: alia ſūt distributiua partiū ſubiectiuarū vt oīs nullus vterq; ⁊ ſic de aliis. Ite diuidit ſigna distributiua subē partiū ſubiectiuarū. nā quedaz ſunt distributiua duorum vt vter neuter. Alia ſūt distributiua pluriū. vt oīs null⁹ ⁊ ſic de aliis. Sz̄ p̄dicta arguit p̄mo ſic. hic ē distributio oīs ſol lucet. ⁊ tū non est multiplicatio. q̄ ſubiectū accipit p̄ vno ſolo ſili hic vterq; hō currit ſubiectum accipit ſolū p̄ duob⁹ ergo male dī q̄ distributio ē multiplicatio. Secūdo ſic. iſte termin⁹ ſortes distribuit. dicēdo totus ſor. ⁊ tū non est termin⁹ cōis: ergo male dī q̄ distributio ē multiplicatio termini cōmunis.

Tertio ſic. cū dī roſa est pulcherrim⁹ floꝝ iſte genitiuus floꝝ distribuit. ⁊ tū nō ponit ſignū vlē. ergo cōtra diffinitionē. Quarto ſic. dicēdo oīs canis currit ibi est terminus cōis cū ſigno vli. ⁊ tū nō ē distributio q̄ ſi ſic vl̄ iſte terminus canis distribueret p̄ oībus ſuis ſuppoſitis ⁊ ſignificatis ⁊ tunc iſta p̄pō oīs canis currit: ſimpl̄r eſſet falſa ⁊ nō diſtinguenda: vel accipetur p̄ ſuppoſitis vni⁹ ſignificati ſolū ſz̄. hoc nō videt: q̄ non ē maior ratio quare magis accipetur p̄ ſuppoſitis vnius ſignificati ⁊ non alteri⁹ Quinto ſic: nō ponunt aliq̄ ſigna ptiū in mō distributiua: nec ptiū in q̄ntitate: ⁊ ſic de aliis. ergo auctor ē inſufficiēs. Ad p̄mū dī: q̄ cū dī oīs ſol lucet ibi ē multiplicatio aptitudinal: ſz nō actual. Silr cū dī vterq; hō currit: ibi ē multiplicatio nō accipit multiplicatio vt deſcēdit a multo: put multū opponit pauco. ſz vt deſcēdit a multo: put multū opponit vni. ſic p̄z q̄. termin⁹ acceptus p̄ro duobus accipit p̄ro multis.

Ad ſcōm dī q̄ ſz ille termin⁹ ſor. nō ſit cōis cōitate p̄dicationis in recto: tū bñ est cōis cōitate continentie partiū integraliū. iō p̄dicat de ſuis partibus in obliquo. vel p̄t dici q̄ ibi non diffinit distributio in cōi. ſed p̄ro ꝑfectiore mēbro analogie. ſ. p̄ diſtributiōe ptiū ſubiectiuarū. Ad tertium dī: q̄ noīa ſuplatiui gradus icludunt negatiōez ⁊ rōne illi⁹ hñt ſtutē distribuēdiū cū dī roſa ē pulcherrim⁹ floꝝ: ſenſus ē: roſa ē pulcher flos ⁊ nō ē aly⁹ pulchrior ea. Ad q̄rtū dī: q̄ cū dī oīs canis currit iſte t̄min⁹ canis vnica distributiōe nō p̄t diſtribui p̄ oīb⁹ ſuppoſitis oīuz ſuoꝝ ſignificatoꝝ: ſz diſtribuit tot diſtributiōib⁹ quot ſunt ſignificata eius. ⁊ rō est q̄ diſtributio est acceptio pluriū cōtētoꝝ immediate ſub aliquo cōi. ſz terminus equiuocus non ſignificat immediate vnā naturā cōez oīb⁹ ſuis ſuppoſitis: ergo nō p̄t vnica diſtributiōe diſtribui p̄ oīb⁹ ſuis ſuppoſitis. Ad quintū dī: q̄ p̄ ſigna diſtributiua partiū ſubiectiaꝝ ⁊ ptiū integraliū ſufficienter fit oīs diſtributio: q̄ oēs alij modi totius reducunt ad totū vl̄e q̄ diſtribuitur p̄ ſignū diſtributiuū ptiū ſubiectiuarū: vel reducūtur ad totū integrale q̄ diſtribuit p̄ ſignū diſtributiuū partiū integraliū.

¶ Hoc aūt p̄mo omniū dicendum est de ſignis diſtributiuis ſubē ⁊ inter hec primo de hoc ſigno oīs. Et ſciendū q̄ dupliciter ſumitur ī plurali. qñq; n. ſumit collectiue ut hic: oēs apli ſūt duodecim: ⁊ tūc non ſequitur: ergo iſti vel illi ſūt duodecim Qñq; n. ſumitur diuiſiue ſiue diſtributiue: ut hic oēs hoīes natura ſcire deſiderant ⁊ tūc ſequitur: ergo iſti hoīes natura ſcire deſiderāt ⁊ illi ⁊ c̄. Sz q̄ritur c̄ d ſignificet hoc ſignū omnis ⁊ vī q̄ nichil: q̄ oīs res aut est vlis aut ꝑticularis ſz hoc ſignum oīs nō ſignificat rem vl̄em neq; ꝑticularē: ergo nichil ſignificat. Ad idē oīs nōē p̄dicabil' de vno vel de pluribus: ergo nō est ſingl'aris neq; vlis. ⁊ iō nec dicit vl̄em nec ꝑticularem: ergo nihil ſignificat. Sz contra ſi oīs nō ſignificet rem aliquā cū abeo q̄ res ē vel nō est oro vera vel falſa dī ergo p̄pter appoſitionem ipi⁹ in oro̅ne vel remotione non cauſabitur ibi veritas neq; falſitas: ſz hec est vera aīal est hō: ergo ⁊ hec oē aīal ē hō q̄ falſū est: ergo ⁊ p̄mum ſz q̄ oīs nihil ſignificat Solutio Ad p̄mū dicendum q̄ oīs ſignificat: qm̄ vl̄r ſignificat terminū cōmunem ſiue p̄ oī ut oīs hō: ⁊ ſic oīs ſignificat rem aliquā. Sz res est dupler. Quedā n. est que est ſubijcibilis vel p̄dicabilis ut hō vel aīal vel currit vel diſputat: ⁊ de hac re obijcitur. Et verū est q̄ oīs nihil ſignificat: qm̄ oīs talis res aut est vniuerſalis aut ſingularis: ⁊ oīs neq; ſignificat vniuerſale neq; ſingulare alia aūt contrario dicatur res que est diſpoſitio ſubiecti vel p̄dicati: ⁊ ſic omnis ſignificat rem aliquam: ⁊ a reutroq; modo ſumpta cauſatur veritas vel falſitas in oro̅ne. Obijcitur autem q̄ omnis non ſignificat quoniam vniuerſaliter ita q̄ terminus cōmunis ſubijciatur p̄ quolibet: ⁊ ſic patet q̄ omnis ſignificat diſpoſitionē ſubiecti ſiue diſpoſitio ei⁹. Sed contra in omni ſillogiſmo medium debet iterari cum ſuis diſpoſitionib⁹ in minori p̄poſitiōe: ſz in hoc ſillogiſmo oīs homo est animal. ſortes est homo: ergo ſortes est animal. debet dicere in minori ſortes est omnis homo: quia omnis ē diſpoſitio medij ſiue ſubiecti in minori p̄poſitiōe: ſed hoc est falſum: ergo ⁊ primuz. ſ. q̄ omnis est diſpoſitio ſubiecti. Solutio. Sicut pater duo dicit: id quod est pater: ⁊ pater in quantum pater. ſimiliter ſubiectum duo dicit. ſ. id qō est ſubiectum: ⁊ in quantum ſic ſunt duplices diſpoſitiones: quedā enī ſunt diſpoſitiones eius ſecundū q̄ est ſubiectum: ⁊ nō ſubiecti inquantum ſubiectū ⁊ ille hñt iterari in minori p̄poſitōne cū medio. Alie ſunt ſubiecti inquantū ſubie-

ctū: ⁊ ille nō debent ſumi in minori ꝓpoſi tione cū medio. verbi gratia. Omnis ho mo albus currit: albus eſt diſpoſitio eius quod ē ſubiectuz: ut hoīs ꝑm ſe: ſed oīs eſt diſpoſitio hoīs ꝑm q̄ hō eſt ſubiectū: ⁊ ita eſt diſpoſitio ſubiecti inquantū ſubiectuz: ut albus debet ſumi in minori cū medio: et oīs non debet. Unde omnis eſt diſpoſitio ſubiecti in cōparatione ad p̄dicatuz. ⁊ hic etiam patet per demonſtrationē de de oī: q⁹ in ea ponitur p̄dicatū. Solutio. De de omni eſt q̄ñ nihil ē ponere ſub ſubiecto de quo nō dicatur p̄dicatū.

Poſtq̄z auct⁹ determinauit de diſtributiōe in cōi ponē do diffinitionē eius: ⁊ diuiſionē ſigno⁹ diſtributiuo⁹: ad q̄ rū diuiſionē ſeq̄tur diuiſio diſtributiōis. Hic cōſequēter de terminat de diſtributiōe ⁊ ſignis diſtributiuis in ſpāl: et pri mo de ſignis diſtributiuis ſubſtātie. inter q̄ primo determi nat de hoc ſigno oīs: eo q̄ ē ſignū diſtributiuū affirmatiuū rōne cui⁹ p̄cedit ſigna diſtributiua negatiua. Et q⁹ eſt diſtri butiuū pluriū. iō p̄cedit ſigna diſtributiua duo⁹. ⁊ q⁹ eſt di ſtributiuū ptiū ſubiectiua⁹. iō p̄i⁹ determinat de ipſo q̄z de diſtributiuis ptiū integraliū. Primo ſciēdū: q⁹ anteq̄z in ſpeciali auct⁹ determinat quō hoc ſignū oīs habeat diſtri buere. primo notat q⁹ ipm in plurali numero accipit dupli citer. vno mō collectiue ut oēs apoſtoli dei ſunt duodecim. dr ibi capi collectiue eo q⁹ p̄dicatuz nō attribuit ſuppoſitis ſubiecti diuiſim ⁊ ſigillatim acceptis: ſed attribuit ipſis ſimł ⁊ collectiue acceptis. ⁊ ideo nō pōt fieri deſcenſus ad ſuppo ſita ſubiecti. nō. n. ſequit oēs apli dei fūt duodecim: ergo pe trus ē duodecim. Alio mō capit diſtributiue. ſ. q̄ñ p̄dicatū attribuit ſuppoſitis ſubiecti diuiſim ⁊ ſigillatim acceptis et tūc bñ fit deſcenſus ad ſuppoſita ſubiecti ut bñ ſequit. om nes hoies natura ſcire deſiderant: igit ſortes ⁊ plato ⁊ ſic de aliis. Scōo ſciendū: q⁹ circa hoc ſignū oīs auct⁹ querit q̄d ſignificet hoc ſignū oīs diſtributiue acceptū eo q⁹ q̄ſtio ſi eſt ē p̄ma inter oēs. ⁊ arguet q⁹ nihil ſignificet. q⁹ omnis res aut ē vlis aut ꝑticularis ſed oīs nō ſignificat rem vlem nec ꝑticularē: ergo nihil ſignificat: minor patet: q⁹ nō pōt p̄dica ri nec ſubijci in ꝓpoſitiōe. In oppoſitū arg. q⁹ illō ſigni ficat aliq̄d p cui⁹ appoſitionē vł remotionē oīo reddit vera vel falſa. ſz ſic ē de hoc ſigno oīs. hec. n. ē vera āīal eſt hō: hec aūt falſa oē āīal ē hō ergo hoc ſignū oīs ſignificat aliquā rē

Pro ſolutiōe hui⁹ ſciendū eſt tertio q⁹ ut dicit auct⁹ in textu dupler ē res. quedā. n. ē res ſubijcibilis ⁊ p̄dicabił ⁊ iō q̄ñ de tali re hoc ſignū omnis nihil ſignificat ⁊ iſto mō capi tur res ut dr a ratus: ta: tū. alia eſt res q̄ eſt diſpoſitio rei ſub ijcibilis ⁊ p̄dicabilis. ⁊ iſto mō omnis bñ ſignificat aliquaz rem ⁊ hoc capiendo cōiter ſignificare ut ſe extendit ad ſignificare ꝓprie acceptū ⁊ ad cōſignificare. vñ hoc ſignū omnis ſignificat diſpoſitionē ſubiecti inquātū ſubiectū ⁊ hoc capiē do diſpoſitionē cōiter ꝓ omni illo q̄ determinat aliud ſiue habeat modū qualitatis ſiue q̄ntitatis. ⁊ ita p̄z q⁹ hoc ſignū oīs ſignificat aliquā rem. ſ. rem q̄ eſt diſpoſitio ſubiecti ⁊ taz ab iſta re q̄z ab alia cauſatur veritas vel falſitas in oīone.

Quarto ſciendū: q⁹ dupler ē diſpoſitio rei ſubijcibilis ſi ue ſubiecti. q̄dā. n. eſt diſpoſitio ſubiecti q̄ ſibi ꝓuenit ꝑm ſe ⁊ nō inquātū habet determinatū ſitū in ꝓpōne ſicut albuz ⁊ nigrū. Alia eſt diſpoſitio ſubiecti reſpectiue q̄. ſ. diſtribuit ſubiectū in ordine ad p̄dicatū. vñ ſz ſigna vlia diſponāt ſub iectū p̄mo ⁊ p̄ ſe in ordine ad ſua inferiora. hoc tñ ē in ordi ne ad p̄dicatū ⁊ ſic ſunt diſpoſitio ſubiecti in ordine ad p̄di catū. licet aūt nō ponat aliq̄ diſpoſitio p̄dicati inquantū p̄ dicatū. q⁹ tñ ſubiectū habet rationē materie q̄ dz diſpōi ad formā: iō ponit diſpoſitio ſubiecti inq̄z tū ſubiectū hoc ē in ordine ad p̄dicatū. Cōtra p̄dicta arg. p̄mo ſic: numerus ſingularis ē magis collectiuus q̄z plural⁹: q⁹ habet maiorem vnitatē: ergo hoc ſignū oīs magis debet eē collectiuū ſingu lari numero q̄z in plurali. Scōo ſic: hoc ſignuz oīs ſemp habet multiplicare terminū cui adiungit tā in ſingulari q̄z in plurali: ergo ſemp ē diſtributiuū. Tertio ſic: modus ſi gnificādi nō variat ſignificatū: ergo ſiue hoc ſignū oīs ſit ſin gularis nūeri ſiue plural⁹ ſp accipiet diſtributiue. Quar to ſic arguēdo in ſapiēmo: oīs hō ē totū in quātitate: null⁹ aſinus ē omnis hō: ergo quoddā totū in quātitate nō ē ali quis aſinus. hoc ſignū omnis reiteratur in minore ꝓpoſitō ne cū medio: qō tñ ē ꝓtra id q̄ dr in textu. Quinto ſic: ſicut hoc ſignū null⁹ habet virtutē reſtringēdi ſubiectū cui additur ut dicēdo nullus hō ē mulier: ſic ⁊ hoc ſignū oīs: er go ē diſpoſitio abſoluta ipſius ſubiecti. Ad primū dr: q⁹ collectio in iſto habet duo. primū. ſ. q⁹ incipit a multis. ⁊ rō ne illius numerus plural⁹ magis pōt dici collectiu⁹ q̄z ſingu laris. ꝑm ē q⁹ terminat ad vnū: ⁊ rōne illius numerus ſin gularis ē magis collectiuus q̄z pluralis. ⁊ q⁹ diſtributio inci pit a vno ⁊ terminat ad multa: iō diſtributio magis ꝓprie ꝓuenit termino in ſingulari numero: ⁊ iō hoc ſignū oīs in ſin gulari numero ſoluz accipit diſtributiue. Ad ꝑm dr: q⁹ in diſtributiōe ſunt duo. vnū. ſ. materiale: q̄ ē multiplicatō ⁊ rōne illi⁹ hoc ſignū oīs ſemp pōt dici diſtributiuū. aliud ē q̄ ſe hz tanq̄z formale: ⁊ ut id a quo nomē imponitur. ſ. q⁹ diſtributio ē in diuerſis diuiſim acceptis facta multiplicatō ⁊ quo ad hoc iſtud ſignū oīs in plurali numero q̄ñq̄z ē col lectiuū ⁊ nō diſtributiuū: eo q⁹ ē diſtributio facta diuerſis ꝓ iūctim ⁊ nō diuiſim acceptis. Ad tertiū dr: q⁹ ſz modus ſignificādi nō variat ſignificatū in dictiōib⁹ cathegoreumā ticis: tñ bñ in dictiōib⁹ ſincathegoreumaticis. vł pōt dici q⁹ hoc ſignū oīs ſp ē diſtributiuū q̄ntū ad māle diſtributiōis: ſz nō q̄ntū ad formale. Ad quartū dr: q⁹ in illo ſillogiſmo hoc ſignū oīs nō accipit diſtributiue: ſz accipit ut ꝑs huius toti⁹ oīs hō: qō ibi ponitur loco vnius ſimplicis nature ibi poſite. Ad q̄ntū dr q⁹ hoc ſignū nullus bñ habz virtutez reſtringēdi quātū ad aliquos mōs ſignificādi: ⁊ m hoc eſt diſpoſitio abſoluta: ⁊ bñ iungit cū ſubiecto abſolute: ſic di cēdo null⁹ hō ē mulier: ſz q̄ñ hz virtutē diſtribuēdi ſic cōcer nit ſubiectū inquantū ſubiectū hoc ē in ordine ad p̄dicatū.

Habito quid ſignificet hoc ſignuz oīs: ⁊ cuius modi diſpoſitionē ſignificet. Con ſequēter querit vtrū omnis exigit tria ap pellata: ⁊ videtur q⁹ ſic: q⁹ oīs ꝑfectio eſt in trib⁹: ut eſt in principio celi ⁊ mūdi: ⁊ ꝑfe ctū erit in tribus: q⁹ eſſe ⁊ ꝑfectū ſunt idez ergo eſſe eſt in trib⁹ et ſic aliquis vult ha bere tria appellata. Item ad idē dicit Ari ſtoteles in eodē loco: q⁹ de duob⁹ viris nō dicimus oēs viri: ſed duo viri: ſed de trib⁹ ad min⁹ dicimus oēs viri: ergo oīs in plu rali exigit tria appellata: ergo ⁊ oīs in ſin gulari. Sz cōtra in q̄libet demōſtratione. Oēs ꝓpōnes ſunt vł es: ſed demōſtratio nes fiunt de ſole ⁊ luna: ergo oz dicere oīs ſol ⁊ oīs luna ſz ſol nō hz niſi vnicū ſolem ſuppoſitū ⁊ ſilr lūa: ergo oīs nō exigit tria appellata. Item ad idem. Hec ꝓpoſitio oē priuatū lumine a terre obiecto deficit. hec ꝓpoſitio eſt conceſſa ab omnibus cū ha-

beat̃ ab auc̃te: ⁊ ē vl̃is sz p̃uatuz lumine a terre obiectu nō hz nisi vnicū solū suppositū. s. hāc lunā ergo oīs nō exigit tria appellata. Itez ad rōnem oīs significat qm̄ vl̃r sed hoc ꝙ dico vl̃iter ē mod⁹ ꝓprius vniuersalis ipsi⁹: propriū aūt diuersificat̃ ꝟm diuersificationē sui subiecti: ut si hō ē simpliciter: ⁊ risibile ē simpl̃r: ⁊ si hō diminutū ⁊ risibile diminutū: ⁊ si hō mortu⁹ ⁊ risibile mortuū: sed vl̃e qñqz saluat̃ in pluribus: ut hō equus leo. aliqñ in vno solo: ut sol luna: ergo risibile aliqñ saluat̃ in pluribus: aliqñ in vno solo: ergo oīs aliqñ vl̃t hr̃e tria appellata: aliqñ vnū solū. Itē duplex ē forma: qꝛ q̄dā ē material̃: ut aīa mea est forma corpis mei: ⁊ tua tui. ⁊ ita forma est ꝑs: ⁊ p̄dicat̃ de eo cui⁹ ē forma. Alia ē forma p̄dicabil̃: et sic oīa supiora ut gen⁹ spēs ⁊ dr̃ia dicunt̃ forma inferioruz: ut hō equ⁹ ⁊ cōsil̃ia. sed indiuidua isti⁹ forme p̄dicabilis sunt materia eius ergo cū forma neutro p̄dictorū modorū excedat suaz materiā: nec excedat̃ ab ea: ergo nullū vl̃e sua indiuidua excedat neqz excedat̃ ab eis: ergo cū oīs dicat adeq̄tionē vl̃is cuz suis indiuiduis: ut oīs hō: tūc oz ꝙ sol ⁊ luna nō hñt nisi vnicū indiuiduū: ꝙ vere dicat̃ oīs sol: ⁊ ꝯñr oīs luna oīs fenix. Qd̄ ꝯcedim⁹ dicentes p̄dictas ꝓpōnes vl̃es: qꝛ oīs nō semp exigit tria appellata: sz qñqz cōiūgitur termino vl̃i habenti plura supposita: tūc oīs vult hr̃e plura appellata. qñqz iūgitur termino hñti vnicū solū indiuiduuz nō exigit nisi vnū. qd̄ cōcedim⁹ dicētes ꝙ oīs nō exigit nisi materiam aptā multiplicari: hoc est vl̃e: quia dicit aptitudinem de pluribus p̄dicari: sed ꝟm actum. quedam vl̃ia predicātur de pluribus: ut hō. q̄dam de vno solo ut sol ⁊ lūa ⁊ fenix. Et hec vniuersalia q̄ de vno solo p̄dicātur ꝟm actū diuersificātur: qꝛ quedā hñt vnicū solū suppositū simul: successiue vero plura pñt habere: ut fenix. Alia autē neqz simul neqz ꝑ successionē possunt habere plura ut sol et luna. Unde conueniēter dicitur omnis sol ⁊ omnis luna ⁊ omnis fenix cum sunt similia ⁊ ita apta nata dicūtur de pl̃ibus. Ad hoc ꝙ obijcit̃ ꝙ ꝑfectio vniuscuiusqz ē in trib⁹. Dicēdū ꝙ verū ē ⁊ hec tria sunt substātia rei ⁊ virt⁹ ei⁹ et opatio ipsius sicut ibidē notat̃ scz in p̄ncipio celi et mūdi his verbis natura apta nata ē sic facere ꝑ hoc ꝙ dicit natura tāgit subām rei. ꝑ hoc autē ꝙ dicit apta nata tangit virtutē ei⁹ ꝑ hoc ꝙ dicit facit tāgit opationē ei⁹. vñ ꝑfect⁹ dr̃ hō cū habet subām hoīs ⁊ habet virtutē debitā hoīs ⁊ opationē debitā ei. Sil̃r hoc signū oīs hz subām qꝛ est signū vl̃e ⁊ virtutē eius qꝛ ē distributiuū ⁊ opationez eius qñ distribuit: ⁊ his trib⁹ cōstat ei⁹ ꝑfectio. Ad scd̄m dicendū: ꝙ oīs in plurali vult habere tria appellata: sz in singulari nō ⁊ hoc est quia oīs in plurali vult habere spēm multiplicatā ꝑ diuersas materias ꝟm naturā: ut oēs hoīes oēs in plurali dicūt spēm hoīs multiplicatā ꝑ naturā indiuiduorū: licet oīs in singulari respiciat solū ipsam spēm q̄ est p̄dicabilis de pl̃ib⁹ siue ipsum genus et ob hoc nō exigit nisi ipsam naturā aptā multiplicari. Quidaz tñ dicūt ꝙ oīs vult hr̃e tria appellata ⁊ dant talē regulā. Quotienscūqz signū vl̃e affirmatiuū additur termino cōi nō hñti sufficientiā appellatiuorū recurrit ad non ens ut oīs fenix ē qꝛ ille termin⁹ fenix nō hz nisi vnicum appellatū ꝙ sit: iō recurrit in eo hoc signū oīs ad nō exñtes fenices ut cum dr̃ oīs fenix ē sensus ē ille fenix ē ⁊ alij duo fenices q̄ nō sunt sunt: ⁊ cū obijcitur eis ꝙ tūc hec ē falsa: omnis fenix ē ꝙ ponit eē de duobus fenicib⁹ nō exñtibus ⁊ hec sil̃r est falsa quidā fenix nō est qꝛ eē remouet̃ a fenice ⁊ sic due cōtradictorie sunt simul false qd̄ est impossibile ergo ⁊ regula similiter falsa. tūc ip̄i soluūt ꝙ ille due omnis fenix est quidā fenix nō ē nō sunt cōtradictorie qꝛ in negatiua subijcit̃ fenix q̄ ē. In affirmatiua vero subijciūtur siue supponūtur duo fenices q̄ nō sunt ⁊ iō nō est idem subiectū in vtraqz. Sed cōtra vult Aristoteles in primo ꝑiarmeniarū ꝙ illa ꝓpositio in qua subijcitur vniuersale vniuersaliter sumptū ut alicui p̄dicato: cōtradicit illi ꝓpositioni in qua subijcitur idem vniuersa

le nō vniuersaliter sumptū eidē predicato sed sic est hic. Omnis fenix est: quidam fenix nō est: ergo sunt ꝓtradictorie: ⁊ sic due contradictorie sunt simul false: quod ē impossibile: ergo ꝑdicta regula ex qua sequitur est impossibilis: quod concedim⁹. Itē regula fuit talis. Terminus cōis supponēs vel apponens verbo ꝑsentis tēporis ⁊c. restringitur ad supponendū ꝓ his q̄ sunt sub forma termini supponētis: ꝫ sub hoc termino fenice nō est nisi vnicū indiuiduū ergo cū fenix est restringitur ad id: ergo signū vniuersale aduenies ei nō distribuet nisi ꝓ eo: ergo cū dico omnis fenix est solū distribuitur fenix ꝓ vno quia regula est q̄ signuz vniuersale aduenies termino restricto nō distribuit ipsum nisi ad ea ad que est restrictus ergo ibi non fit recursus ad nō existentes: quod concedim⁹. Signorū autē vniuersaliū affirmatiuorū talis datur regula. Si signū vniuersale affirmatiuū immediate adiungitur termino cōi cōfundit ipsum mobiliter distributiue si vero mediate cōfundit ipsuz īmobiliter: ut cū dr̄ omnis hō est animal: ille termin⁹ hō cōfundit distributiue ꝑ quolibet suo inferiori: ille termin⁹ autē aīal cōfundit īmobiliter q̄ licet descensum fieri sub eo ꝑ aliquo sed hic. Omis hō est animal: ergo ois homo est hoc aīal est fallacia figure dictōnis ab immobili ad mobilem.

¶Postq̄z auctor determinauit de signo distributio ois secundū se ostendēdo quid significet. Hic cōsequēter determinat de ipso per compationē ad terminū cōem distribuibilez mouendo talem dubitationē vtrū hoc signū omnis semper exigat tria appellata hoc est q̄rere vtrū ad hoc q̄ signū omnis cōgrue adiūgatur alicui termino cōi: requiratur q̄ ille terminus cōmunis habeat tria supposita actu existentia.

¶Primo sciendū q̄ supposituz appellatū ⁊ inferius inter se differunt. nam aliquid dicitur esse inferius respectu superioris: ⁊ aliquid dicitur suppositū quādo non est aptum natuz existere in alio. sed appellatum est inferius siue suppositum alicuius termini cōis actualiter existens. Secūdo sciēdū: q̄ hoc signū omnis in plurali numero semp exigit plura appellata additur termino cōi accepto ꝑ modū pluriū: sed q̄n sumitur in singulari numero si addatur termino cōi habenti plura appellata q̄ bene exigit plura appellata distribuit terminū cōem cui additur ꝑ oibus suis suppositis exītibus sed dubiū ē q̄n hoc signū ois addit termino cōi hñti vnicū appellatū. vtrū tal' ōro sit ꝯgrua ut dicēdo ois sol lucet. Et dicūt antiq̄ q̄ nō: quoz rōnes cū solutiōib⁹ satis clare sunt in textu. ꝫ ꝑ. his. dicit: q̄ hoc signū ois ꝯgrue pōt addi termino cōi hñti vnicū appellatū ⁊ q̄ nō exigit tria appellata.

Tertio sciēdū: q̄ signū ois significat q̄n vlr̄ ⁊ hoc ꝑpr⁹ modus ipsius signi vniuersalis. differt autem ab aliis signis vlibus: q̄ hoc signū omnis adeq̄te distribuit terminū cōez ꝑ oibus suis suppositis. sic aūt nō ē de aliis signis sicut vter q̄z ⁊ neuter. cū. n. dr̄ ois hō: hō accipit ꝑ oibus illis in q̄b⁹ reperitur hūanitas. Ex quo patet q̄ q̄ vlitas aliquoz terminoz cōium saluatur in vnico supposito adequate hoc signū omnis pōt addi tali termino cōi. ⁊ sic licet q̄n hoc signū omnis additur termino cōi hñti tria appellata vel plura exigat tria appellata. tū q̄n additur termino cōi hñti vnicū appellatū nō exigat tria appellata: sed solū de se exigat terminum cōem significantē naturā multis cōicabilem. Et ꝑ hoc patz rēsponsio ad dubitationē ꝑdictam. Quarto sciēdum: q̄ antiqui posuerūt quādā regulā de hoc signo omnis q̄ talis est. Quotienscunq̄z signū vniuersale affirmatiuū addit' termino cōi nō habenti sufficientiā appellatoz recurrit ad nō exītes. i. ad suppositа non exītia: ideo cū dr̄ omnis fenix est. ex quo iste terminus fenix nō habet nisi vnicū suppositū existens hoc signuz omnis recurrit ad fenices non existentes: ideo istius ꝓpositionis: omnis fenix est: sensus est iste: q̄dam fenix existens est ⁊ duo fenices non existentes sunt: ⁊ ideo ꝓ ipsos ista est falsa omnis fenix est: nec ē ꝓtradictoria isti⁹ q̄dam fenix non ē. sed ista regula ē falsa sicut ⁊ suū fundamētum. s. q̄ omnis exigat tria appellata. est enim simile de hoc signo omnis ⁊ de hoc signo nullus sed nullus nō exigit tria appellata quia ista est vera nullus fenix est asinus cū cōuertens eius sit vera. s. nullus asinus ē fenix. ⁊ sic patet q̄ hoc signū nullus nō exigat tria appellata: nec similiter hoc signuz ois. Contra predicta arguitur primo sic plus requirit' ad verificandū ꝓpositionem vniuersalē q̄z particularē. sed ad verificandū particularem requiritur existentia vni⁹ suppositi seu appellati: ergo ad verificandū ꝓpositionem vniuersalem requirunt plura supposita. ⁊ sic ad minus hoc signuz omnis exigit tria appellata. Secūdo sic: hoc signū omnis nō potest addi termino singulari: ergo videt' q̄ exigat plura appellata. Tertio sic: hoc signū omnis denotat terminū cōmunem cui additur teneri ꝓ pluribus: sed quando additur termino cōmuni habēti vnicū appellatū talis additio est falsa: igitur non debite sibi adiūgitur. Quarto sic terminus communis quandoq̄z supponit ꝓ non existentibus ergo potest fieri recursus ad suppositа non existentia. Quinto sic: hec est vera aliquis fenix non est: quia aliquis fenix est corruptus: ergo hec est falsa omnis fenix est. Ad primū istorū dicitur: q̄ quantū ad modū enūciandi plus requiritur ad verificandū ꝓpositionem vniuersalem q̄z particularem: quia in propositione vniuersali denotatur predicatū inesse subiecto accepto ꝓ pluribus. nō autē sic est in ꝑticulari: ⁊ tamen quantū ad rem nō plus requiritur ad verificandū propositionē vniuersalem aliquando q̄z particularē

Ad secundū dicitur: q̄ negatur consequētia: quia terminus singularis significat naturam incōicabilem nam ex impositione sibi repugnat additio signi vlis. sed terminus cōis licet non habeat nisi vnū appellatū significat tamen naturā multis cōicabilem. ideo sibi potest addi signum vle. Ad tertiū dicitur: q̄ hoc signū ois bñ denotat terminū cōez cui addit' accipi ꝑ pluribus nō simplr̄ sed sub cōditione. s. si habeat plura supposita. Ad quartū dr̄: q̄ ꝫ terminus cōis cuius natura pōt saluari tam in existentibus q̄z in nō existētibus possit supponere ꝓ nō existentib⁹. tū terminus cōis cuius natura saluatur tantū existentibus suppositis nō pōt supponere ꝑ non existentib⁹ quādo ponitur cū isto verbo est. Ad quintū dr̄: q̄ negatur antecedens ⁊ ad probationē dicitur q̄ nō sequitur quidam fenix est corruptus ergo q̄ dam fenix non est quia in ista quidā fenix est corruptus: fenix supponit tā ꝓ presentibus q̄z ꝑ preteritis. sed in ista q̄dam fenix non est: supponit ꝓ presentibus tantū: ideo ista est vera omnis fenix est.

¶Secundū predicta queritur de hoc sophismate: ois homo est ⁊ quodlibet differens ab illo est non homo ꝓbatio hec est. Quedam copulatiua cui⁹ vtraq̄z pars ē

vera ergo ipsa vera: cōtra. Omnis homo est: sortes est homo ergo quilibet differēs ab illo est non homo quod falsuz est: quia hec est quedam copulatiua cui⁹ altera ps est falsa ergo ipsa est falsa. Solutio. Differens ab omni homine est minus: cz differens a sorte: quia differens ab omni homine supponit pro omnibus rebus alijs: alijs ab omni homine ꝛ differens a sorte pro eisdem ꝛ etiam pro omnibus alijs a sorte. Unde in hac argumentatione differēs ab omni homine: ergo differens a sorte: locus a specie siue a parte subiectiua: ergo si apponatur signum vniuersale fiet processus ab inferiori ad superius cum distributiōe: ꝛ sic incidit ibi fallacia consequentis: quia in primo hoc relatiuum ille refert omnem hominem: in conclusione vero refert sortē ꝛ est ibi duplex processus scilicz omnis homo est ergo sortes est: et hic est locus a toto in quantitate ꝛ quilibet differēs ab omni homine: ergo quilibet differens a sorte: ꝛ hec est fallacia consequentis ut scilicet illi duo processus in simul coniunguntur ut patet in probatione. Unde prima est vera ꝛ improbatio peccat secunduz consequēs sicut omnis homo currit: ergo omne animal. Item queritur de hoc sophismate. Omnis homo et alius homo sunt. Probatio. sortes ꝛ ali⁹ homo sunt: plato ꝛ alius homo sunt: et sic de singlis ergo omnis homo ꝛ alius homo sunt. Contra alius ē relatiuum diuersitatis ergo supponit p diuerso ab omni homine: sed non est ali⁹ homo ab omni homine: ergo propositio ē falsa. Solutio. Prima est falsa: et probatio peccat secundum figuram dictionis a pluribus determinatis ad vnaz determinatā quia ille terminus ali⁹ determinatam habet suppositionem in premissis et in cōclusione. Item peccat probatio secundum sophisma accidentis quia licz plato cicero ꝛ sic de alijs inferant hominē secundū se: tamen sub hac copulatione que ē ꝛ alius hō non possunt inferre omnē hominem: cū dicitur ergo omnis homo ꝛ alius sunt. Sic ergo coriscus cognoscitur secunduz se: non tamen sub hoc accidente quod est venire. Unde talis regula datur. Quotienscunqz aliquid sequitur ad aliud siue cōuersim siue non conuersim si aliquid cōueniat vni ita q⁹ non alteri: et per illud cui conuenit inferatur de eo cui non conuenit semper ē fallacia accidentis. Uerbi gratia: bene sequitur homo est: ergo substantia est. ꝛ species conuenit homini: non tamē substātie. Uñ si per hominez species inferatur de substātia erit fallacia accidentis ut homo est species: ergo substantia est species ꝛ risibile ē proprium: ergo homo est proprium. et dom⁹ valet centum marcas: ergo paries. Horū autem quedam sequuntur conuersim: ut homo est risibile: quedam vero non. Item queritur de hoc sophismate, Omnis homo est omnis homo. Probatio. Sortes ē sortes: plato est plato: et sic de singulis: ergo omnis homo est omnis homo. vel sic. Boetius dicit q⁹ nulla probatio verior est illa in qua idem predicatur de se: ergo nulla probatio verior est hac. Contra. Sua contradictoria est vera scilicet quidam homo non est omnis homo: ergo ipsa est falsa. Item ad idem. Omnis homo est omnis homo: sz sor. ē homo: ergo sortes ē omnis homo. in tertio prime. Sed conclusio est falsa: ergo prima er qua sequitur ē falsa. Solutio. prima est simpliciter falsa et improbatio peccat secundum consequens ab insufficientia: quia cum illis quas sumit debent sumere has a parte subiecti scilicet sortes est omnis homo: plato est omnis homo ꝛ sic de singulis: ꝛ etiam istas a parte predicati omnis homo ē plato et sic de alijs quas emittit omnis ꝛ sic peccat ab insufficienti. Ad aliud dicendum quia nō predicatur idem de se sz predicatur omnis homo de omni homine.

Postqz auctor determinauit de hoc signo omnis ostendendo qualiter distribuit. Hic consequenter ad maiorem noticiam eoruz que dicta sunt mouet tria sophismata quorum primum est: omnis homo est: ꝛ quodlibet differens ab eo est non homo. quod quidem sophisma probat ꝛ improbat quod clare patet in textu cū solutione eiusdem. Pro secundo sophismate sciendum: q⁹ secundum sophisma ē omnis homo ꝛ alius homo sunt: quod quidem sophisma probatur sic: sortes ꝛ alius homo sunt. plato ꝛ alius homo sunt ꝛ sic de alijs: ergo omnis homo ꝛ alius homo sunt. improbatur autem sic: Ali⁹ supponit pro diuerso ab omni homine

sed non ē aliquis homo diuersus ab omni homine: ergo sophisma est falsum: quod conceditur. Et ad probationē respondet auctor in textu ꝙ peccat secundum fallaciam figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad vnam determinatam respectu huius termini alius. vnde si iste termin⁹ alius pro eodem in numero acciperetur in singulis partib⁹ antecedentis tunc vna pars antecedentis esset falsa ut si acciperetur pro sorte tunc quando inductio veniret ad sortem dicendo: sortes ⁊ alius homo sunt illa pars esset falsa: quia denotaret ꝙ sortes esset alius a se ipso. Aliter soluit auctor dicens: ꝙ ibi est fallacia accidentis: quia licet sortes et plato ⁊ sic de alijs possunt inferre hoc totuz in quantitate omnis homo secundū se: non tamen ut stat sub hoc adiuncto ⁊ alius homo sunt: imo omnis homo hic accidit sorti ⁊ platoni ⁊ sic de alijs secundū ꝙ accipiuntur cū hoc adiuncto et alⁱ homo sunt: ratione cuius auctor ponit vnā regulam in textu de fallacia accidentis que satis clara est. Secundo sciēdū: ꝙ consequēter auctor monet tertiū sophisma ⁊ est istud omnis homo est omnis homo: ꝙ ꝓbat inductiue primo et secundo improbat: probatur sic: quia ibi predicatur idez de seipso ergo sophisma est verū. Improbatur sic: sua contradictoria est vera scilicet hec: quidam homo non est omnis homo igitur ipsum est falsum. Item bene sequitur omnis homo est omnis homo. sortes est homo: ergo sortes est omnis homo: conclusio est falsa: ergo aliqua premissarum non minor: ergo maior que ē sophisma. Solutio. Sophisma ē simpliciter falsum ut ostendunt rationes improbantes. Ad primam probationem dicitur ꝙ peccat secundū fallaciam consequentis ab insufficienti inductione. quia debet fieri inductio a parte predicati dicendo sortes est omnis homo: plato est omnis homo ⁊ sic de alijs. Ad aliam negatur antecedēs quia ibi non predicatur idem de seipso sz predicatur omnis homo de homine sumpto pro quolibet suorū suppositoruz.

Tertio sciendū ꝙ hoc signū omnis adiunctū predicato propositionis quandoqz reddit propositionē falsam ⁊ quādoqz nō: si enim predicatum sit terminus cōmunis habens actu plura supposita quorū numerus sit indeterminatus siue sit numeri singularis siue pluralis semper propositio ē falsa sed si predicatū habeat plura supposita quoruz nūerus sit determinatus propositio potest esse vera si sumatur in plurali numero ut demonstratis duodecim apostolis vere dicitur: isti sunt omnes apostoli. sed si predicatuz habeat vnicū supposituz actu et sumatur in singulari numero propositio est vera: ut iste sol est omnis sol. Si autem sumatur in plurali numero est falsa ut iste sol est omnes soles. Quarto sciēdum: ꝙ hoc signum omnis diuersimode se habet quando additur predicato ⁊ subiecto: quia quando additur p̄dicato est pars ipsius predicati. sed quando additur subiecto nō ē pars subiecti: sed est dispositio eius: ut cum dicitur omnis homo currit: homo per se est ibi subiectuz. sed cum dicitur omnis homo est omnis homo hoc totum omnis est p̄dicatum. Ex quo patet ꝙ predicatū propositionis affirmatiue quo ad se totuz nunqz distribuitur: sed bene pars eius. sed predicatum propositionis negatiue bene destribuitur: ⁊ hoc fit per negationē que habet virtutem distribuendi illō qō seqtur ipsa siue mediate siue imediate. Contra p̄dicta arguitur primo sic. adā differt ab omni homine qui est: ⁊ tamen non est non homo: ut patet per porphirium in predicabilibus dicentē siue sor. sit siue non sit semper ē homo ⁊ animal: ergo sophisma est falsum. Secundo sic: sortes non ē omnis homo: ergo differt ab omni homine quod falsuz est quia ipse est homo. Tertio sic. omnis homo et homo pictus sunt: sed homo pictus est alius ab omni homine: ergo sophisma est verum. Quarto sic: omnis homo nō est solus: ergo omnis homo et alius homo sunt. Quinto sic: omnis homo ⁊ omnis homo idem sunt igitur vnuz potest predicari: et sic ista erit vera omnis homo est omnis homo.

Ad primū dicitur ꝙ adam nō est homo existens siue presens pro quo tenetur homo in secunda parte sophismatis.

Ad secundū negatur consequentia: quia negatio inclusa in hoc verbo differt posita in consequēte plⁿ negat q̄ negatio posita in antecedente: ⁊ ideo debz sic inferri: sortes nō est omnis homo ergo differt ab aliq̄ homie. ⁊ ab hoc ꝙ posset inferri sortes differt ab omni homine deberet sic assumi sor. est nullus homo: quod est falsum. Ad tertiuz negat consequentia: quia hoc relatiuū alius debet inferre suuz antecedens vniuoce pro hoie viuo ⁊ homie picto. Ad quartū dicitur: ꝙ solus potest excludere ab omni homine simpliciter: ⁊ sic consequens est falsum: vel potest excludere ab omni homine determinate sigillatim sumpto: ⁊ sic est verum: ⁊ hoc mō non valet consequentia. Ad quintuz dicitur: ꝙ si omnis homo et omnis homo capiantur materialiter sic sunt eadem: ⁊ hoc modo sophisma esset verū. sed si capiant significatiue non sunt eadem: ut patuit in quarto notabili.

¶ Sequitur de hoc signo nullus quod significat negatiue quoniam vniuersaliter. Unde significat idem quod hoc signū omnis cum negatione prepposita: et ideo omnis non ⁊ nullus equipollent. De hoc signo nullus talis datur regula. Quotienscunqz hoc signū nullus immediate adiungitur termino communi confundit ipsum mobiliter ⁊ distributiue: et similiter terminum cui mediate adiungitur: ut nullus homo est asinus. vnde pōtfieri descensus sub eo sic: ergo sortes nō est asinus neqz plato et sic de alijs. ⁊ sub predicato sic. nullus homo est asinus ergo nullus homo ē brunellus vel fauellus ⁊ sic de alijs. Secundum p̄dicta queritur de hoc sophismate. Nullus homo est omnis homo. Probatio. sortes non est omnis homo: plato non est omnis homo ⁊ sic de alijs: ergo nullus homo est omnis homo: ⁊ sic sua contradictoria ē falsa hec. scilicet aliq̄s homo est omnis hō ergo ipsa est vera. Contra. ibi predicatur oppositū de opposito: quia omnis ⁊ nullus sunt opposita ergo locutio ē falsa. Solutio. prima simpliciter est vera. Ad improbationem autem dicendū per interemptionem ꝙ non predicatur oppositum ibi de opposito. sed remouetur eē omnē hominē ab omni homine pro quolibet suo supposito: ⁊ hoc est negare ⁊ hoc est uerū. ꝙ nullū ēi duidūz cui queniat eē oēm hominem ſ

Postq̄ auctor determinauit de hoc signo ois qō significat qm̄ vliter affirmatiue. Hic p̄ter determinat de hoc signo nullus qō significat qm̄ vliter negatiue. Mñ significat idē cū hoc signo ois cū negatiōe postposita: ideo omnis nō ⁊ nullus equipollēt. vñ nullus ꝓponitur de nō ⁊ vllus: nō sicut nō vllus equipollet ois nō: ita silr nullus: vnde null⁹ cōuenit cū hoc signo ois eo ꝙ ē signū distributiuū pluriū partiū subiectiuarū. Primo sciēdū: ꝙ q̄uis hoc signū null⁹ in se sit vnū ⁊ vnicā in se habeat virtutē distribuēdi: tñ respectu eoruū q̄ susceptiua sunt siue distributiuōis virtus eius ē duplex ut patet in regula quā de ipso ponit auctor in textu. s. quotienscūqz hoc signū nullus imediate adiūgitur termino cōi ipsum mobiliter ꝙfundit ⁊ distributiue: ⁊ silr termi-

uū cui mediate adiungit: ⁊ ideo tam subiectū q̄ predicatus propositionis vlis negatiue distribuitur: dum tñ fuerit terminus cōis: ut patet dicēdo nullus homo est asinus: ibi enī tā homo q̄ asinus distribuitur: q; sub vtroq; pōt fieri descensus. ⁊ cā hⁱ regule est: q; hoc signū nullus significat qm̄ vlr: nō distribuit terminū cui imediate adiūgit q; significat etiā negatiue: ideo pōt distribuere terminū cui imediate adiungitur. ⁊ ex isto patet quare vniuersalis negatiua pōt cōuerti simpliciter. Scō sciendū ē q; circa hoc signū nullus auctor mouet tale sophisma. ſ. nullus homo ē ois hō: quod p̄batur sic. sortes non est ois hō: plato nō ē ois hō: ⁊ sic de alijs ergo nullus hō est ois hō. Ista sua cōtradictoria ē falsa. ſ. hec aliq̄s hō ē ois hō: ergo sophisma est verū. Improbatur aūt sic. ibi predicatur oppositū de opposito: ergo sophisma est falsum. Solutio. sophisma ē verū: ⁊ improbatio assumit falsum q; ibi nō predicat oppositū de opposito: sed remouetur esse omnē hominē a quolibz suppositio hois. Tertio sciendū: q; sicut hec est vera nullus homo est ois homo: ita ⁊ hec nullus hō est nullus homo: ibi enim remouet ee nullum hominē ab homine p̄o quolibet supposito suo. vnde ista nullus hō est nullus hō: equipollet huic ois hō est aliq̄s hō p quartā regulā eq̄polentiarū: nec debet sumi aliquis p aliquo determinato supposito hominis: cum dicitur ois hō est aliquis homo: sed debet sumi vage ⁊ indeterminate. ista aūt nullus homo est omnis homo equipollet isti omnis hō est nō ois hō. i. ois hō est aliquis hō nō: q̄ stat in veritate cuius ista omnis homo est aliquis homo. Quarto sciendū est q; hoc signū nullus quandoq; ē simul distributiuū ⁊ restrictiuū: ut cū dicitur nullus hō est mulier: sed hoc est ratione diuersorū. est enim distributiuū rōne sui significati: q; significat quoniā vniuersaliter: sed ē restrictiuū ratione sui modi significandi qui est genus. vnde hoc signū nullus non pōt sumi collectiue sicut hoc signū omnis: ⁊ hoc ē ratione negationis quā includit: ratione cuius semp habet distribuere ⁊ diuidere ⁊ nunq̄ colligere. Contra p̄dicta arguitur primo sic cū dicitur hō ē nullus asinus: ibi hō non distribuitur: ⁊ tñ sibi adiungitur mediate hoc signū nullus: ergo p̄ma regulā tertius. Scō sic: bene sequitur nullus hō ē ois hō ergo nullus homo ē sortes: sed p̄ns est falsum: ergo ⁊ añs.

Tertio sic: illa p̄positio ē falsa cuius p̄dicatū de nullo verificatur de quo subiectū verificatur: sed sic ē de ista nullus hō ē omnis homo quia nullus homo verificatur de asino ⁊ equo ⁊ sic de alijs. ⁊ tñ de nullo illorū verificatur omnis hō ergo sophisma est falsum. Quarto sic: nullus hō ⁊ ois hō p̄trariantur. sed nullus homo verificatur de nullo homine: ergo omnis homo nō verificatur de nullo hoīe. alias cōtraria verificarent de eodem: ergo sophisma est falsū. Quinto sic bene sequitur nullus homo ē nullus homo: ergo nullus homo ē non sortes sed cōsequēs ē falsum quia plato ē non sortes: ergo ē falsa ista nullus homo est nullus homo.

Ad primū istorū dicitur: q; in illa p̄pone illud signū nullus nō adiungitur illi termino homo nec mediate nec imediate: quia signū solū dicitur adiungi illi quod sequitur ipz ⁊ solū in illud pōt agere. Ad secundū negatur assumptū ibi enim nō bene arguitur quia nō bene sequitur nullus hō est omnis homo: ergo nullus homo ē sortes: quia nō debet sic subsumi sub illo p̄dicato omnis homo descendendo nullus hō est omnis homo: ergo nullus homo ē sortes: nullus homo ē plato ⁊ sic de alijs. sz debet sic subsumi nullus hō est omnis hō: ergo nullus homo est res q̄ sit omnis hō. Ad tertiū dr: q; si nullus homo accipiatur materialiter siue p̄o toto in quantitate nullus homo siue accipiatur positiue ita q; virtute intellect accipitur p̄o aliqua re q̄ ē nullus hō ut p̄o asino vel p̄o lapide sic sophisma bene esset falsum. sed si accipiatur significatiue ita q; homo sit subiectū tñ nō hoc totū nullus homo ⁊ sic ē verū. Ad quartū dicitur: q; cōtraria bene verificantur de eodem negatiue. ut de eodem puta de rubeo vere dicitur q; nec ē album nec nigrū ⁊ ita cū dicitur nullus homo ē omnis homo ibi remouetur esse nullus hominem ab omni homine: ⁊ cum dicitur nullus homo est nullus homo ibi remouetur esse nullum hominem ab omni homine: ⁊ ita omnis homo ⁊ nullus homo negantur de eodem homine. Ad quintū negatur assumptū q; ibi arguitur a distributione inferius ad distributionez superius: quia arguitur ac si sic diceretur: omnis homo ē non nullus homo: ergo omnis homo non ē sortes. non sortes enim in plus se habet q̄ nullus hō. vñ dat talem regulā. Quotiens cūq; in aliqua p̄positione ponitur vniuersale vniuersaliter sumptū negatiue non debet fieri subsumptio sub illo predicato ratione distributionis sibi conuenientis per signū vniuersale sed ratione distributionis sibi conuenientis ratione negationis. ⁊ ideo debet sic argui nullus homo ē nullus homo: ergo nullus homo est res que sit nullus homo puta lapis ⁊ non sic: ergo nullus homo ē non sortes vel plato. similiter hic: nullus homo ē omnis homo: ergo nullus homo ē res que sit omnis homo. Et notandū est q; ista nullus homo ē omnis homo debet sic cōuerti: ergo nihil existens omnis homo est aliquis homo. Et ista: nullus homo est nullus homo debet sic conuerti: ergo nihil existens nullus homo ē aliquis homo.

¶ Seq̄tur de hoc signo nihil q; significat talē quod hoc signū nullus ⁊ preterea habet terminū recipientē eius distributionez quia nihil nullum rem significat. nullus. n est signū vniuersale: res vero est terminus recipiens eius distributionē. Secundū p̄dicta queritur de hoc sophismate: nihil videns est aliquid videns. ¶ Probatio: non hanc rem videns est aliquid videns: quia videns platonē est videns. non illam rem videns est aliquid videns ⁊ sic de alijs: ergo nihil videns ⁊ sic de alijs: ergo nihil videns est aliquid videns. ¶ Contra. ibi predicatur oppositum de opposito: quia aliquid videre de eo quod est nihil videre: ergo locutio est falsa ⁊ impossibilis: ergo q̄dam distinguunt hanc nihil videns est aliquid videns eo q; hec dictō nihil potest ee accusatiui casus: ⁊ est sensus nullam rē videns est aliquid videns. vel potest esse nominatiui casus et ē sensus: nulla res vidēs est aliquid videns. et secundū hoc ponunt ibi amphibologiam ex diuersitate casus. sed hec ratio nō soluit: quia in vtroq; sensu est falsa. alij distinguunt aliter hanc: nihil videns ⁊c. eo q; negatio existens in hoc termino nihil pōt negare participiū postpositū: ⁊ tunc est sensus quālibet rem non videns non est aliquid videns: ⁊ sic est diuisa. vel potest negare hoc verbū est: ⁊ est sensus quelibet res vidēs non est aliquid videns ⁊ sic ē composita: quia negatio fertur ad situ magis debitū. sz hoc non soluit quia in vtroq; sensu est falsa: cum oppositā ponantur circa idem. vnde dicendū ē q;

ꝑma est simplr falsa: et ꝓbatio paccat ꝑm figurā dictionis a pluribus determinatis ad vnā determinatā huius termini vidēs quia in ꝑmissis habet determinatā suppositionē: ⁊ in cōclusione silr: cū tā ꝑmisse q̄z ꝯclusio sunt indefinite. Peccat etiā ꝑm sophisma accūtis: q⁹ videre cōuenit oīb⁹ ꝓmissis ꝑm se et nō ꝑm q̄ vnite in hoc toto nihil videns. vñ totū accidit ptibus: ⁊ hoc quod est videre assignatur inesse vtriq̄z. Sciendū autē q̄ oēs ꝑmisse sunt duplices: quia negatio potest determiare verbū vl participiū ut dictū est ꝓius. Vñ antiqui posuerūt ꝓmissas esse duplices: conclusiones autē nō ꝓpter quandā regulā q̄z dabāt talē. Quotiēscūq̄z negatio ⁊ distributio includūtur in termino vno ad quicquid fertur vnū ⁊ reliquuz. Vñ distributio posita ī obliquo nō possit attīgere verbū in ꝑdicta oīone nec negatio. Item idē iudiciū est de istis sophismatib⁹: nullū caput habens ē aliq̄d caput habens. a nullo hoīe differens: est ab aliquo homine differēs. nullū oculum habens est aliquod oculum habens. Tu es quilibet vel differens a quolibet. Tu es oīs vl differēs ab omni homine.

Postq̄z autor determinauit de hoc signo nullus. Hic cōsequenter determinat de hoc signo nihil. Cuius ordinis ratio est: q⁹ hoc signū nihil vltra hoc signū nullus includit terminū recipiētem eius distributionē: ideo hoc signū nullus simplicius est q̄z hoc signū nihil. Rōne cui⁹ ꝑus est determinatū de ipso. Primo sciendū ē: q⁹ hoc signum nihil est signū distributiuū subiecti ⁊ in hoc cōuenit cum his signis omnis ⁊ nullus. sed differt primo ab hoc signo omnis: quia omnis significat quoniā vniuersaliter affirmatiue: nihil ār significat: quoniā vniuersaliter negatiue. differt etiā ab hoc signo nullus q⁹ includit terminū receptiuū siue distributionis. vnde nihil. i. nulla res. ⁊ ibi res est termin⁹ recipiens distributionē ꝑportatam per hoc signuz nihil. Ex istis ꝓz q̄ sicut hoc signū nullus distribuit terminuz sequentē ipsuz tā mediate q̄z ꝛmediate. ita similiter hoc signum nihil distribuit enim terminuz in ipso inclusum qui se habet ut terminus ꝛmediate sequēs. distribuit etiā terminū posituz a parte predicati qui se habet ut terminus mediate sequens ipz. Secundo sciendū est: q⁹ ad maiorē notificationē huius signi nihil. autor mouet vnū sophisma in textu. Et est istud: nihil videns ē aliquid videns: cuius probatio ⁊ improbatio satis patent in textu. ⁊ subiungit cōsequenter quandā solutionez antiquorū qui dicebant ibi esse amphibologiā ex diuersitate casus secundū q⁹ nihil pōt esse nominatiui casus vel accusatiui casus: sed Petrus hispa. improbat dictaz solutionem quia in vtroq̄z sensu sophisma est falsum ideo ad soluendū ipsum debet simpliciter negari. potest tamē distingui ne aliquis videatur suam multiplicitatē ignorare: ⁊ etiam ut melius videatur qualiter in vtroq̄z sensu sit falsum. Tertio sciendū est: q⁹ antiqui aliter distinguūt dictū sophisma et dicunt q⁹ ibi pōt esse compositio secunduz q⁹ negatio inclusa in hoc signo nihil potest fieri ad copulam et sic ē composita vel ad aliud participiū videns ⁊ sic est diuisa. vnde si istud signū nihil sit accusatiui casus dicta solutio est simpliciter reprobanda: quia ut patz per regulā positam in textu negatio inclusa in hoc signo nihil dum est accusatiui casus non pōt fieri ad copulam cum distributio in ipso inclusa non distribuat predicatū sed quando nihil est nominatiui casus tunc ex quo distributum potest ferri ad predicatuz. ita etiam negatio inclusa in hoc signo nihil pōt ferri ad copulam. et ita secundū hoc videtur q⁹ ipsum sophisma posset distingui: sed tamen ut dictū est de solutione precedenti ista distinctio nō soluit sophisma: quia in vtroq̄z sensu ipsum est falsum.

Quarto sciendū est: q⁹ consequenter autor soluit dictuz sophisma secundū eius propriam opinionem dicens: q⁹ ꝑdictū sophisma est simpliciter falsum. Et ad probationem respondet q⁹ peccat secundū fallaciā figure dictionis arguēdo a pluribus determinatis ad vnā determinatam respectu huius termini videns. Tamen pro ista solutione oportz supponere q⁹ istud signum nihil positum in consequente sit accusatiui casus q⁹ non possit distribuere istuz terminum videns. si enim nihil esset nominatiui casus ⁊ distribueret istū terminū videns in ꝯsequente tūc nō argueretur a pluribus determinatis ad vnā determinatā: sed esset bona inductio ⁊ sic cōsequens esset falsum: ita ⁊ antecedens debet enim sic inferri: ista res nō vidēs ē aliq̄d videns ⁊ ista res nō videns est aliquid vidēs: ⁊ sic de alijs: ergo nihil vidēs est aliquid videns modo oēs iste ꝑmisse sunt false sicut ⁊ cōsequens. Aliter aūt soluit autor in textu dicens q⁹ ibi est fallacia accidētis: q⁹ in ꝑmissis videre attribuitur oībus suppositis huius qō ē nihil videns ꝑm se acceptis: ⁊ nō ꝑm q⁹ vniūtur in hoc toto nihil videns. Contra ꝑdicta arguitur primo sic omne signū distributiuū debet aliquā significare. ſ. dispositionē subiecti inquantū subiectū: sed hoc signū nihil nullaz rem significat: imo dicat negationē cuiuslibet rei: ergo non ē signū distributiuū. Secūdo sic: nihil significat qm̄ vl et etiā significat terminū susceptiuū distributionis eius: ergo ē equiuocū ⁊ ꝓ cōsequens sophisma debet distingui. Tertio sic: nihil ut iā dictū est significat terminū recipiētē distributionē eius: ergo cū hic solū determinetur de signis distributiuis: hic nō ē determinādū de ipso. Quarto cōtra regulā positā in textu: q⁹ distributio importata ꝑ signū negatiuū bñ fertur in subiectū ꝓpōnis nō aūt negatio ergo ꝛtra regulā. Quinto distributio importata ꝑ hoc signū nihil fertur in ꝑdicatū materiale. negatio aūt fert solū supra copulā: ⁊ nō supra ꝑdicatū: ergo ꝛtra regulam. Ad primuz istoꝝ dr̄ q⁹ licet hoc signū nihil nō significat aliquā rē positiuā. tū significat aliq̄d ꝑuative ⁊ negative: ⁊ hoc fundamētū ē in affirmatione. ió hoc sufficit ad hoc q⁹ signū sit distributiuum. Ad secundum dicitur q⁹ licet hoc signum nihil significat illa duo tamen significat illa per moduz vnius ió nō ē equiuocū. Ad tertiū dr̄ q⁹ hic principaliter determinatur de hoc signo nihil ꝑut distributiuū est: ⁊ incidēter solū ostēditur q⁹ importat terminū recipientē ei⁹ distributionē. Ad quintū dr̄ q⁹ in signo vl negatiuo duplex ē virtus distribuendi: quedā est q̄ cōuenit ipsi signo ꝑ se ⁊ inquantū significat qm̄ vl: ⁊ ista bene fertur in subiectū. alia est virtus distribuendi que ꝯuenit ipsi signo ex ꝑnti rōne negationis quā includit ⁊ de illa virtute intelligitur regula.

Ad quintū dicitur q⁹ licet negatio primo ⁊ per se solum feratur in copulā: tamen ex ꝑnti bñ fertur in predicatū materiale. ipsum distribuendo.

De signis distributiuis duoꝝ.

Sequitur de signis distributiuis duoꝝ q̄ talia sunt ut vterq̄z neuter ⁊ ꝯsilia. ⁊ hec differunt a predictis: q⁹ predicta ut oīs nullus nihil ⁊ si

milia distribuũt ꝑ omnibus terminis: sed vterqz et neuter distribuũt solũmodo pro duobus per demonstrationem ostensis: ut vterqz istorum sic neuter istoꝝ currit. Secundum predicta queritur de hoc sophismate. Ab vtroqz istorũ enunciatum est verum posito ꝙ sortes dicat deũ esse: ⁊ plato dicat hominem esse animal et ambo insimul dicãt hominẽ esse asinum ⁊ illi demõstrentur ꝑ hoc pro nomen istorũ. Probatio prime. A sorte enunciatũ est verũ a platone enunciatũ est verum ergo ab vtroqz istorũ enũciatũ est verum sed nihil est enũciatũ ab vtroqz istorũ nisi hominẽ eẽ asinũ ergo hominem esse asinum est verum. Solutio prima est vera ⁊ improbatio peccat ꝑm sophisma accñtis qz scõm ꝙ hẽm ab Aristo. hec ꝓpõ ponitur eẽ vera oĩum cõtrarioꝝ eadẽ ẽ disciplia ⁊ tñ nulla ꝑticularis disciplina ẽ oĩum cõtrarioꝝ: sed disciplina cõiter sumpta vñ hic ẽ fallacia accidẽs oĩm cõtrarioꝝ eadẽ est disciplina: sz nulla disciplina nisi hec vel illa ⁊ sic de alijs: ergo contrarioꝝ est hec disciplina: ergo omniũ cõtrariorñ est hec disciplina vl illa qõ falsum ẽ: ⁊ sil̃r hec hõ est spẽs sz nullus hõ est nisi sor. vel plato ⁊ sic de alijs: ergo sortes est spẽs vel plato vel cicero hic ẽ accidẽs ut pri⁹ patuit in fallacia accidentis. Sil̃r ẽ in ꝓposito: qz hec dictio enunciatũ ⁊ hec dictio vez tenetur ꝑ ipso cũ: ⁊ sic ab vtroqz istorũ enunciatũ est verũ. vñ enunciatũ nõ tenetur pro nõ enunciato ꝑticularis ab vtroqz istorũ vñ ꝑticulare enũciatũ ab vtroqz attulit enũciato sicut inferi⁹ supiori: ⁊ eẽ verũ assignatur ineſſe vtriqz ⁊ appello supius esse cõiter qõ est mai⁹ siue sit eẽntiale siue accñtale. Quidã autẽ dicunt ꝙ prima simpl̃r est vera: ⁊ dicunt ꝙ enunciatũ tenetur ꝑ ꝑticulari enũciato ab vtroqz sil̃iter verũ ꝑ ꝑticulari vero: ⁊ probatio peccat ꝑm figurã dictionis a ꝑtibus determinatis ad vnã determinataz: huius termini enunciatũ: ⁊ huius termini veruz: sed prior solutio ẽ melior ⁊ subtilior. Item hoc signũ neuter idez significat qõ vterqz cũ negatione sibi proposita vñ sicut null⁹ habet de se duo. ſ. distributionẽ ⁊ negationẽ similiter ⁊ neuter sz neuter est distributiuũ solũ duorũ. Sz scõz hoc q̃ritur de hoc sophismate. Neutrũ oculũ hñdo tu potes videre ꝓbatio dextrũ oculũ nõ habẽdo tu potes videre sinistrũ oculuz nõ habẽdo tu potes videre: ergo neutrũ oculũ habendo tu potes videre. Contra. Neutrũ oculuz habẽdo tu potes videre: ergo dũ neutrum oculũ habes: vel si neutrũ habes ocuium: vel qz neutrũ habes tu potes videre: quod falsum ẽ. Herũdiuũ eniz in do habet resolui ꝑ dũ vel ꝑ si vel per qz: sz vtroqz modo est falsa: ergo ꝓma ẽ falsa. Solutio. Prima simpl̃r est falsa: ⁊ ꝓbatio peccat scõm accidens: qz potẽtia videndi cõuenit ꝑtib⁹ scõm se ꝑut sunt diuise ⁊ nõ cõuenit eis ꝑ ut sunt vnite in suo toto siue nõ cõuenit ipsi toti: totũ enim tdẽ ꝙ partes vnite in simil̃ vñ per quandã regulã predictã: cũ ad partes sequitur totũ: ⁊ potẽtia videdi cõueniat partib⁹ ⁊ nõ toti: ideo si per partes inferatur de toto ibi ẽ fallacia accidentis.

Postq̃z auctor determinauit de signis distributiuis pluriũ. Dic ꝙñter determinat de signis distributiuis duoꝝ. Cuius ordinis rõ est: qz distributio dr q̃si vni⁹ in plura diuisum facta ꝑtitio: ⁊ sic quãto aliq̃d ad plura distribuat tanto ꝑfectiori mõ sibi ꝙuenit natura distributiõis. ⁊ iõ pr⁹ determinatur de signis distributiuis plurũ: q̃z de signis distributiuis duoꝝ. Primo sciẽdũ ẽ ꝙ sic̃ se hñt ois ⁊ nullus: ita eodẽ mõ se hñt vter ⁊ neuter: sic̃. n. null⁹ includit ois cuz negatiõe postposita ⁊ valet tñ sicut ois nõ: ita neuter valet tñ sicut vter nõ: negatõe postposita: vñ neuter ẽ idẽ ꝙ vterqz nõ differũt aũt ab eis: qz ois ⁊ nullus sunt distributiua pluriũ. vterqz aũt ⁊ neuter solũ distribuũt ꝓ duob⁹ ꝑ demõstrationẽ ostẽsis. vñ neuter etiã ꝙuenit cũ hoc signo nihil: qz sicut nihil distribuit terminũ ipsum sequentẽ tã mediate q̃z imediate: sil̃r ⁊ neuter. Scõo sciẽdũ ꝙ circa hoc signũ vterqz auctor mouet tale sophisma videlicet suppposito ꝙ sor. dicit deũ eẽ; ⁊ plato dicat hoiem eẽ aĩal: ⁊ ambo simul dicãt hoiez eẽ asinũ: querit de veritate hui⁹ sophismatis: ab vtroqz istorũ enũciatũ ẽ verũ: cui⁹ ꝓbatio ⁊ improbatio satis patẽt in textu. Cõsequẽter auctor soluit dictũ sophisma dicens ꝙ ipsz est verz: ⁊ improbatio peccat ꝑm fallaciã accñtj: sicut hic hõ est spẽs: sz nõ est aliqs hõ nisi sor. aut plato: ⁊ sic de alijs: ergo sortes vl plato ẽ spẽs: ibi esse spẽs vere ꝙuenit homini: et ꝑ hoc infert de sorte cui nõ ꝙuenit. Sil̃r cuz dr in improbatione hui⁹ sophismatis ab vtroqz istoꝝ enũciatũ ẽ verũ: sed nihil ẽ enũciatũ ab vtroqz istoꝝ nisi hoiem eẽ asinũ: ergo hominẽ eẽ asinũ ẽ verũ: ibi ẽ fallacia accñtj qz eẽ verũ in sophismate attribuit enũciato i cõi cui vere ꝙuenit ⁊ ꝑ hoc infert de hoc ꝑticlari enũciato hoiez eẽ asinũ cui nõ ꝙuenit. Tertio sciẽdũ ꝙ ꝓr auctor ponit vnã aliã solutionẽ antiq̃z dicẽtũ ꝙ sophisma ẽ simplicit falsuz: ⁊ ꝙ ꝓbatio peccat ꝑ fallaciã figure dictiõis arguẽdo a ꝑtibus determinatis ad vnaz determinatã rõne hui⁹ termini verũ ⁊ rõne huius termini enũciatũ. Sz ut dicit auctor in textu ꝓma solutio ẽ melior ⁊ subtilior: nõ dicẽdũ ẽ ꝙ enũciatuũ i ꝓmissis hz suppõnẽ determinatã: sed in ꝛclusione supponit simpl̃r nõ tñ sic ꝙ nul

lo modo stet ꝓ inferioribus: sed q̄ nō stat ꝓ inferiori determinato rōne cuiꝰ posset reddi locutio vera. Quarto sciēdū: q̄ circa hoc signū neuter auctor mouet tale sophisma. t. neutrū oculū habēdo tu potes videre. Cuius ꝓbatio ⁊ impbatio satis patēt in textu. Deinde soluit ipm dicēs q̄ simpliciter est falsum ⁊ ad probationem dicit q̄ peccat secūdus accidens. videre enim vere conuenit partibus scilicet oculo dextro ⁊ sinistro per se acceptis iō nō habēdo sinistrū adhuc pōt videre per dextrū oculū ⁊ econtrario ⁊ ꝓpter hoc infertur de ipsis secundū q̄ stat sub hoc toto neutrū oculum habendo ⁊ tamen ipsis ut sic non conuenit ideo ibi est fallacia accidentis. deberet enim argui sic nec dextrum oculum habendo nec sinistrum oculum habendo tu potes videre: ergo neutrum oculum habendo tu potes videre ⁊ sic ancedēs esset falsum sicut et consequens. Contra predicta arguitur primo sic: non ponuntur aliqua signa distributiua trium aut quattuor: ergo non debent poni signa distributiua duorum. Secundo sic. signum vniuersale variatur secundus variationē termini cui adiungitur ut dictū est prius de hoc signo omnis: ergo quando vter ⁊ neuter ponuntur cum terminis habentibus plura suppositа q̄ duo distribuent pro pluribus. Tertio sic si neuter esset signum vniuersale iste eēnt contradictorie neuter homo currit et alter homo currit ⁊ tamen possunt simul eē vere: ergo contradictorie eēnt simul vere: quod est falsum: ergo neuter non est signum vniuersale distributiuum. Quarto sic. si iste terminus enunciatum in premissis probationibus primi sophismatis supponeret determinate: ⁊ in conclusiōe simpliciter. sicut dictū est: sequeretur q̄ probatio peccat secundū fallaciam figure dictionis: arguendo a personali suppositione ad simplicem. ⁊ sic probatio esset nulla. Quinto sic contra secundum sophisma quia in probatione eius arguitur a partib⁹ in ēntitate ad suum totum: ergo est bonus locus dialeticus et sic probatio non peccat secundum fallaciaꝫ accidentis. Ad primum istorum dicitur. q̄ negatur consequentia quia ista signa omnis ⁊ nullus. sufficienter distribuunt pro tribus et quattuor. sed non proprie pro duobus quia de duobus nō dicimus omnis. ideo conuenienter ponuntur aliqua signa distributiua duorum. Ad secundum dicitur q̄ non est simile de istis duobus signis ⁊ aliis. quia alia signa distributiua sunt imposita sic q̄ possent distribuere terminum adequate pro omnibus suis suppositis. sed ista duo signa vter et neuter. sunt imposita ut distribuerent solummodo pro duobus per demonstrationem ostensis. Ad tertium dicitur q̄ si capiatur alter in definite sic q̄ possit supponere pro aliis ab his que distribuūtur per neuter. sic dicte propositiones non essent ⁊ tradictorie sed si capiatur aliter ut dicit partitionem seu partem huiꝰ quod distribuitur per neuter: sic dicte propositiones sunt contradictorie. nec ut sic possent simul esse vere. Ad quartum dicitur. q̄ duplex est suppositio simplex. quedam est termini cui repugnat stare pro suppositis. ⁊ sic arguendo a suppositiōe personali ad suppositionem simplicem hoc modo acceptum nō bene arguitur. alia est suppositio simplex que conuenit termino cui non repugnat stare pro suppositis. sed stat pro suppositis indefinitis. ⁊ arguendo a suppositione personali ad simplicem hoc modo acceptam non est fallacia figure dictionis. Ad quintum dicitur q̄ in dicta probatione arguitur a partibus in quantitate ad suum totum respectu predicatoꝝ ponentiū differentiam inter totum ⁊ partes. ⁊ ideo non bene arguit sed probatio peccat secundū accidens.

Sequitur de negatione.

Habito ō signis distributiuis partiū subiectiuarū: postea q̄ritur vtrū negatio habeat vim confundendi siue distribuēdi: ⁊ videt q̄ sic: q̄. Arist. in ꝓmo piarmeniarū dicit q̄ iste due cōtradicūt homo est iustus: nō homo est iustus ergo altera est vniuersalis cū ibi subijciat terminus cōis: sed nō nisi hec: homo est nō iustꝰ ergo iste terminus homo distribuitur sed nō ē ibi aliq̄d a quo distribuat nisi negatio ergo distribuit a negatiōe. Sed cōtra. Si negatio habet natūrā cōfundēdi: ergo sicut hec est incōgrua oīs sortes sit ⁊ hec nō sortes q̄ falsum est q̄ cuius signū distributiuuꝫ nō possit addi tamē negatio bene pōt ei addi. Itē vbicūq̄ est distributio est terminus cōis sumptus vliter. ergo oꝫ q̄ ibi sit dictio significans vlr sz signū vle signifinicās qm̄ vlr negatio nō ergo nō habet vi cōfundēdi siue distribuēdi q̄ cōcedimus dicētes q̄ negatio nō cōfundit sz tm̄m̄ negat q̄ inuenit vnde cū adiūgat termino cōmuni negat ipsum: sed negato superiori seq̄tur negatio cuiuslibz inferioris eo q̄ destructo superiori destruitur q̄libz inferiꝰ: sicut ꝺstructo genere destruitur q̄libet eiꝰ species: ⁊ sic negatio non cōfundit. sz negat q̄ inuenit sic sicut singulare siue vle solutio autez patet ad id q̄ obijcit: q̄ hec sit vlis ut hō ē iustꝰ: hoc nō est ꝓpter naturā distributiōis in negatiōe: sed hoc ē q̄ negato homine in cōmuni: quo remoto remouet q̄libet eiꝰ inferius. Itē solet poni distributio aptitudinis ut oīs hō timet in mari q̄ aptus natꝰ ē timere in mari. Itez solet poni distributio accōmodata ut celū tegit oīa id ē oīa alia a se. sed ista duo genera distributiōis non sunt ita ꝓpria sicut predicta.

Postq̄ auctor determinauit de signis distributiuis partiū subiectiuarū. Hic ꝓsr determinat de negatione q̄rendo vtrū negatio habeat vim distribuendi. cuius ordinis rō est q̄ in isto tractatu auctor p̄incipaliter intendit determinare de signis distributiuis. ⁊ quia negatio proprie non distribuit ideo prius determinatū est de signis distributiuis partiuꝫ subiectiuarū q̄z de negatione: q̄ tamen negatio p accidens distribuit ꝓ partibus subiectiuis. iō imediate post signa distributiua partiū subiectiuarū determinat de ipsa negatiōe anteq̄z determinat de signis distributiuis partiū integraliū.

Primo sciēdū est. q̄ negatio pōt capi dupliciter vno mō ꝓ oratione negatiua ⁊ isto mō nō sumit hic. Alio aūt modo capit ꝓ instrumēto negādi siue ꝓ signo negatiuo cuiusmodi ē hoc aduerbiuꝫ non. ⁊ hoc modo potest capi dupliciter. vno mō: negatiue siue negant. ⁊ hoc ē q̄n addit termino ꝓ appositionē sic q̄ nō facit vnā dictionē cū illo cui addit. alio mō capitur infinitāter. ⁊ p cōpositionē. sic q̄ facit cōpositionē cū termino cōmuni cui addit. ⁊ de negatiōe negante solum

est hic ad propositum. Secundo sciendus q̄ auctor in textu arguit ad vtrāq; partē dictē questionis qua querebat in principio continuationis. vtrū negatio habeat virtutē confundendi siue distribuendi ut satis patet in textu. sed pro solutione questionis est notandū q̄ aliquid pōt habere virtutem distribuendi dupliciter. vno modo primo ⁊ per se. alio modo per accidēs siue ex cōsequenti. Tunc respondetur q̄ negatio non habet virtutē primo ⁊ per se: ut patz p duas rōnes in textu: quia sic nō posset addi termino singulari: etiaz quia nō significat qm̄ vniuersaliter: cū negatio bñ hz virtutez distribuēdi p accēs: q̄ primo ⁊ p se negat formā iportatā p terminū: qui si sit cōis ad eius negationez seq̄tur negatio cuiuslibet inferioris eius: et sub tali termino pōt fieri subsumptio: ⁊ distribuitur p accidens. si vero addatur termino singulari: q̄ ille significat formā individuatā: ad cuius negatōez nō sequitur negatio alicuius inferioris: iō nō distribuit talē terminū. ⁊ ita sibi cōgrue pōt addi. Tertio sciendū q̄ auctor in textu cōsequenter ponit quandā aliā distributionē: que dr̄ distributio aptitudinis: ut cuz dr̄ oīs hō timet in mari: nō ē sensus q̄ oīs hō actu timet in mari: sed q̄ oīs hō aptus natus ē timere in mari. Et sic distributio aptitudinis dr̄ nō solū q̄ ꝑdicatū aptitudinaliter ꝙuenit subiecto. Sz q̄ aptū natū ē conuenire suppositis subiecti ſm suam naturā vñ si hō esset in mari ſm suam naturam natus ē timere: ⁊ si nō timeret esset cōtra eius naturā. Quarto sciēdū q̄ auctor ponit in textu quandā aliā distributionē q̄ vocatur distributio accōmoda. Et vocatur tal distributio accōmoda q̄ terminus nō distribuitur p oībus suis suppositis seu simpliciter ⁊ adequate: sed accōmodatur seu excipit vnū. s. ipm subiectū ⁊ distribuit p oībus alijs: ut cū dr̄ celum tegit omnia corpora: ibi non ē distributio p oībus rebus simpliciter corporalibus: sed p oībus rebus corporalibus alijs a celo. ⁊ celū accōmodatur seu excipitur ab illa distributione ⁊ sīr solet dici q̄ ibi ē distributio accōmoda dū dr̄ q̄ dialetica habet viā ad principia omnū methodorū. Cōtra ꝑdicta arguitur primo sic: primus dictū est in textu q̄ hoc signum null⁹ ratione negationis quā includit habet virtutē distribuendi ꝑdicatum: ergo negatio habet virtutē distribuēdi. Scōo sic cum dr̄ homo non ē asinus, sub illo termino asin⁹ pōt fieri descensus: ergo distribuitur. ⁊ non nisi p negationez: ergo negatio habet virtutē distribuendi. Tertio sic distributio ē multiplicatio terminī cōis facta p signū vniuersale: ergo negatio nō distribuit. Quarto sic vnus rei est vnicus actus sed negationis actus ē negare: ergo non pōt distribuere. Quinto sic: dictū est in textu q̄ hoc signū omnis adēqte distribuit terminū p oībus suis suppositis: ergo cū dr̄ celū tegit oīa, ibi nihil accōmodatur seu excluditur. ⁊ sic non ē ponēda distributio accōmoda. Ad ꝓma tria simul dr̄. q̄ ratio nō habet virtutē distribuendi primo ⁊ per se ⁊ hoc probat tertia ratio: sed bene habet virtutē distribuēdi p accidens ut probant due primerationes. Ad quartum dr̄. q̄ vnius rei est vnicus actus ꝓprius ꝓmo ⁊ per se sibi cōueniens. sed vnius rei bene sunt plures actus quorū vnus est ꝓprius ⁊ alius cōmunis. vel quorū vnus per se sibi cōuenit ⁊ alius per accidens. ⁊ hoc mō ē de negatione. Negatio enī habet vnicū actū primo ⁊ per se ꝓprium sibi cōuenientē q̄ est negare. sed bene habet vnum alū actū per accidens sibi conuenientē qui ē distribuere. Ad quintum dicitur q̄ hoc signū omnis de sua natura distribuit terminuz cōmunē adequate p omnibus suis suppositis: sed tamē in aliquib⁹ orationibus determinatis scōm cōmunē hominū vsum excluditur vnū suppositū a sua distributiōe ut patet in exemplo textus. ⁊ quia ista genera distributionū nō sunt ita ꝓpria sicut ꝓcedentia ideo posterius de ipsis determinauit.

De hoc signo totus.

Sequitur de signo totus qđ est distributiuū ptium integralium ut patet hic: totus sortes est albus: ⁊ est sensus sortes secundum quamlibet sui partem est albus. vnde ad istā totus sortes ⁊c. immediate sequitur hec: sortes secundū quālibz sui partez ⁊c. ⁊ ad hanc sor. scōm quālibet sui partē ⁊c. sequitur hec quelibz ps sortis est alba. In hac enī ꝓpositione: totus sortes est alb⁹ sortes subiscitur albedini secūdū se ⁊ partes non secūdū se ꝓout sunt in suo toto sub forma totius ergo non subiſciuntur albedini nisi per totū ergo per prius sequitur sortes secunduz quamlibet sui partem est albus et per posterius ista: quelibet pars sortis ⁊c. Item in hac totus sortes est albus totum subiscitur in rectitudine. partes autem in obliquitate quia in eo quod est totum partes intelliguntur oblique ⁊ in eo q̄ est pars totū subiscitur oblique quod patet per diffinitionē eius quod est totum ut domus ex pariete tecto ⁊ fundamento et sortes est ex talibus partibus ergo id quod est totum dat intelligere partes oblique. ergo ad hanc totus sortes est albus imediate sequitur hec sortes secūdū quamlibz sui partem est albus. ⁊ mediate hac sequitur ista quelibet ps sortis est alba. Item ad idem quod est pars non habet eē nisi ab eo q̄ est totum quia non habet perfectionem nisi ab eo ergo non subiſcitur alicui nisi per totum ergo subiscitur primo ergo ad hanc totus sortes ⁊c. immediate sequitur sortes secundum quamlibet sui partē ⁊c. ⁊ posterius illa quelibet pars sortis ⁊c. Secundum predicta queritur de hoc sophismate totus sortes est minor sorte. Probatio. Quelibet pars sortis est minor sorte ergo sortes secundum quālibet ꝑtem sui est minor sorte ergo totus sortes ē minor sorte. Contra. Totus sortes est minor sorte: ergo sortes minor ē sorte qđ falsum est. Solutio. Prima est vera scilicz totus sortes ⁊c. ⁊ improbatio peccat secūduz accidens: quia in ista totus sortes ⁊c. eē minorem sorte attribuit partibus quibus vere conuenit. toti autez sorti nō cōuenit: ⁊ iō est simplr falsa hec sortes est minor sorte ⁊ ideo si ꝑtes inferantur in minore sortes de toto sorte est fallacia accidentis per predi-

ctã regulaz vnde totus sortes est res subiecta ꝛ sortes accidit ei ꝛ esse minorẽ assignatur inesse vtriqz. ℘Peccat etiam probatio secundum quid ꝛ simpliciter: quia in ista. Totus sortes est minor sorte: nõ ponit sortem minorẽ esse simpliciter secũdũ partes suas ꝛ ita ponit sortẽ esse minorem secundũ quid ꝛ ita cum simpliciter inferatur sic ergo idẽ est minor sorte peccat secundũ q̃d ꝛ simpliciter sicut hic: sortes secundũ pedẽ est minor sorte: ergo sortes est minor sorte. Item in quibusdam sequitur totus sortes ergo sortes totus sortes est albꝰ: ergo sortes est albus. In quibusdaz non: queritur in quibus est hoc ꝛ dicẽdũ ꝙ sunt quedaz accidentia que indifferenter conueniũt toti ꝛ parti ut album nigrum calidum frigidum augeri minui: ꝛ in talibus bene sequitur totus sortes ergo sortes. ut totus sortes est albus. Alia autem sunt accidentia que conueniunt partibus ꝛ non toti ꝛ econuerso toti ꝛ non partibus ut totalitas maioritas particularitas minoritas: in talibꝰ nõ sequitur totus sortes: ergo sortes.

℘Postq̃z auctor in p̃cedenti determinauit de negatõe. hic consequẽter determinat de hoc signo totus qõ est signuz distributiuũ partium integraliũ. Cuiꝰ ordinis rõ ẽ quia ordo inter signa distributiua sumitur ex rõne illoruz q̃ distribuũtur seu pro quibꝰ distribuunt: modo partes subiective pro quibus distribuunt signa: de quibus determinatũ est prius precedũt partes integrales rõne perfectionis sicut forma p̃cedit materiã. ideo ꝓuenienter determinatũ ẽ ꝓus de signis distributiuis partium subiectiuarũ q̃z de hoc signo totus.

℘Primo sciendũ est ꝙ hec dictio totus põt capi duplicit. vno mõ categorematice ꝛ significatiue: ꝛ sic ẽ dictio ꝙ se aliquid significans ꝛ ẽ idẽ qõ pfectus. Alio mõ põt capi sincategorematice. i. consignificative. put. ſ. per se non significat aliquam rem subiectibilẽ: vel predicabilem: sed solũ significat dispositionez termini distributibilis ꝙ ptes integrales. ꝛ hoc modo de ipso ẽ hic ad ꝓpositũ: ꝛ non primo modo cũ nõ sit sincategorema. Secundo sciendũ ẽ ꝙ ut dicit auctor in textu ad istam ꝓpositionẽ: totus sortes est albus imediate non sequitur ista quelibet pars sortis est alba. sed prius sequitur hec: sortes ſm quãlibet ptem est albus. Cuius auctor in textu assignat tres causas vel rõnes: prima: qꝛ cũ dicit totꝰ sor. ẽ albus: ibi sortes ſm se totũ subiacitur albedini: et ptes ſm se non subiacunt albedini: sed ut stant sub forma totiꝰ ergo illud qõ prius conuenit toti debet inferri de ptibus secundũ ꝙ continent sub forma totius ꝓus q̃z debeat inferri de ipsis ſm se acceptis: ergo ad istã: totus sortes ẽ albus: ꝓus sequitur ista: sortes ſm quãlibet eius ptem ẽ albus: ꝛ ex cõsequenti sequitur: ergo quelibet pars sortis ẽ alba: vbi albedo attribuitur ptibus sortis per se acceptis. Tertio sciendũ ẽ ꝙ auctor illud idẽ ꝓbat alia ratione que talis ẽ: quia cũ dr totus sortes ẽ albus: totũ subiacitur albedini in recto partes autẽ in obliquo: qꝛ cũ ptes habeant modũ materie respectu sui totus ꝛ ipsum ꝓponunt integraliter ꝛ materialiter nõ ꝑdicatur de toto in recto: nec includunt in ipso nisi solum in obliquo: ideo ad istã totus sortes est albus: immediate sequitur ista sortes ſm quãlibet sui ptem ẽ albus: in q̃ partes subiaciunt in obliquo: sicut ꝓtinetur in toto: ꝛ ex cõsequenti sequitur ista: quelibet pars sortis ẽ alba in qua partes subiacuntur in recto. deinde ponit tertiã rõnem que satis patet in textu. rõ aũt quare istud ꝓbat ẽ ut melius intelligatur ꝓbatio sophismatis quod ponitur in textu etiaz ad maiorẽ noticiã habendam de natura huius signi totus.

Quarto sciendum ẽ ꝙ auctor in textu mouet tale sophisma. ſ. totus sortes ẽ minor sorte. Cuius ꝓbatio ꝛ improbatio satis patent in textu. deinde ipsum soluit dicens ꝙ est verũ: ꝛ ad improbationẽ cũ ar. sic: totus sortes ẽ minor sorte: ergo sortes est maior sorte. dicitur ꝙ improbatio peccat secundũ accidens: quia eẽ minorẽ in antecedente attribuitur partibus sortis diuisim acceptis: quibus vere conuenit: sed in consequẽti attribuitur sorti nõ distributo enim nõ cõuenit. deinde ponit aliam solutionẽ dicens ꝙ improbatio peccat secundũ fallaciã ſm quid ad simpliciter: sicut si sic arguerẽtur: sortes ſm pedez ẽ minor sorte: ergo sortes ẽ minor sorte: vnde q̃libz ps sortis diuisim sumpta addita sorti diminuit de ratione sortis: in ordine ad hoc attributum esse minor sorte finaliter circa hoc signũ totus auctor mouet vnam q̃stionẽ cuius solutio clara ẽ in textu. Contra predicta arguitur primo sic: non ponuntur aliqua signa particularia ꝙ tiuz integralium: ergo no debent poni vniuersalia. Secundo sic: totũ integrale actualiter includit omnes suas partes principales: ergo ad ipsum distribuendũ non requiritur signũ vniuersale. Tertio sic: bene dicitur tota albedo: ꝛ tũ tota albedo non habet partes materiales seu integrales: ergo hoc signũ totus non solũ distribuit pro partibꝰ integralibus. Quarto sic: ista potest esse vera: totus sortes est albus: supposito ꝙ digitus eius non sit albus: ergo totus non distribuit pro omnibus partibus integralibus. Quinto sic: ptes sunt priores suo toto: ergo albedo prius inest partibus q̃z toti: imo non inest toti nisi per partes: ergo male dicitur in textu ꝙ albedo prius attribuatur toti secundũ se. et secundo partibus secunduz ꝙ continentur in toto ꝛ tertio ipsis secundũ se acceptis. Ad primũ istoruz dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquid vere predicetur de toto integrali semp requiritur ꝙ vere conuenit alicui eius parti principali ꝛ ideo nõ requiruntur signa particularia partium integraliũ. sic autẽ non est de terminis distributibilibus pro partibus subiectiuis: quia aliquid potest conuenire ipsis qõ non cõuenit alicui suoꝝ suppositoꝝ. ideo ad denotandũ ꝙ stant ꝙ suppositis requirũtur signa particularia. Ad secundũ dicit ꝙ licet totũ integrale actualiter includit omnes eius ptes integrales ꝓncipale ratione cuius ad positionẽ totius integralis requiritur positio cuiuslibet sue partis: tamen ad hoc ꝙ aliquid dicatur in esse toti integrali non requiritur ꝙ insit cuilibet parti: imo sufficit ꝙ insit vni parti principali ꝛ ex cõsequenti dicitur inesse toti. iõ ad hoc quod aliquid simpliciter denotetur inesse toti requiritur signũ ipsum distribuens ꝓ omnibus suis ptibus. Ad tertiũ dicatur. ꝙ licz albedo ꝙ se nõ habet ptes integrales tamen per accidens. ſ. ratione sui subiecti bene habet partes integrales. ꝛ ratione illius sibi additur istud signũ totus. Ad quartũ dicitur: ꝙ duplices sunt partes integrales quedam sunt principales q̃. ſ. de necessitate req̃runt ad esse totius. ꝛ pro omnibus talibus distribuit hoc signũ totus. Alie sunt partes minus ꝓncipales: que. ſ. solũ requiruntur ad bene esse totius: ꝛ ꝓ talibus non distribuit hoc signum totus. Ad quintuz dicit ꝙ licet albedo secundũ naturam rei non insit toti nisi ꝙ suas partes tamen supposito ꝙ insit toti. per hoc prius potest inferri ꝙ insit partibus secundũ quod continentur in toto q̃z ꝙ insit ipsis partibus ꝙ se acceptis.

℘Equitur de signis distributiuis accidẽtiũ inter que primo dicẽdũ ẽ de signis distributiuis qualitatis. Dicitur aũt signũ distributiuũ qua-

litatis: qz distribuit rē se habentē p modū qualitatis ut qualiscūqz cuius ꝓticulare ē aliquale. Sed obijcitur cū accidens multiplicetur multiplicato subiecto cum ergo signa distributiua substantie multiplicāt siue distribuant subāz. oportet q multiplicant siue distribuant ipsum accidens: ergo signa distributiua accidentiuz supfluunt. Dicendū q multiplicatio accidentis ē duplex: qz qñ accidens multiplicatur secūdū numeꝝ hec multiplicatio fit p signa distributiua substātie ut oīs homo ē albꝰ. Alia aūt est multiplicatio secundū speciē et hec fit p signa distributiua accidentis ut qualelibet currit. i. res habens qualēlibet qualitatē currit. Secūdū predicta queritur de hoc sophismate. Quodlibet de qualelibet de quolibet tali scit se ipsum esse tale qualelibet. posito q sortes sciat grāmaticā dialeticā rethoricā ⁊ plato ⁊ cicero similiter ⁊ sciāt se habere eas sciētias et sint alij tres quorū vnus sciat vnā earū: ⁊ alius aliam ⁊ tertius tertiam: ⁊ ipsi nesciunt se habere eas: ⁊ de alijs nihil sciant: ⁊ alij tres sciant de se ⁊ de alijs ⁊ non sunt plures homines neqz qualitates. Probatio huius. s. Qdlibet ⁊c. qualelibet de quolibet tali scit ipm esse tale quale ipsum est: ⁊ scōm ⁊ sic de tertio ⁊ non sunt plura: ergo quodlibet qualelibet ⁊c. Cōtra. Qdlibet qualelibet ⁊c. ergo quodlibet grāmaticuz de quolibz tali scit ipsum esse tale ⁊c. Solutio. Prima est vera ⁊ improbatio peccat secundū fallaciā accidētis ab inferiori ad superius cū distributione: qz ql̄elibet supponit tm̄ pro tribus. sed grāmaticus supponit pro eisdē ⁊ etiā pro illo qui solū habet grāmaticam ⁊ ita grāmaticus est in plus cz qualelibet vnde si opponatur signū vniuersale distributiuz: sic quodlibet qualelibet grāmaticū fit cōsequēs ut omnis homo: ergo omne aīal: ⁊ similiter in ablatiuo ut de quolibet qualelibet: ergo de quolibet gramma tico et sic de quolibet tali.

Postqz auctor determinauit de signis distributiuis subē ⁊ etiā de negatione. Hic cōsequēter determinat de signis distributiuis accidentiū. Cuius ordinis rō est: qz sicut se habz substantia ad accidēs: ita se habet signū distributiuū substātie ad signū distributiuū accidētis: sed substantia p̄cedit accidens: ergo signū distributiuū substantie p̄cedit signū distributiuū accidentis. Primo sciendū est q signū distributiuum accidētis est illud quod distribuit rē se habentē p modū accidentis siue p modū alterius adiacentis: ut cum dr qualiscunqz sit homo ipse currit. i. siue hō sit albus siue niger ipse currit: ⁊ dr notanter q signū distributiuū accītis est illud qō distribuit rē se habentē per modū accidentis ⁊ non q distribuit accidens: qz signū distributiuū accidentis indefferēter distribuit rē omnē adiectiue designatā: siue fuerit substātia siue accidens. Secūdo sciendū est q cū dicitur signuz distributiuū qualitatis distribuit rē se habentē per moduz qualis: quale non debet capi ꝓprie ut est denominatiuū q̄litatis ꝓprie dicte: sed debet capi generaliter ut est denominatiuū cuiuslibet rei se hñtis p modū qualis siue p modū determinātis ⁊ ꝓtrahētis siue talis res ſm veritatē fuerit substātia siue accīs vñ subā bñ significat p modū q̄lis tñ cuz dr rōnale corporeū ⁊ sic de alijs. Sed qz q̄litas ⁊ quātitas inter predicameta accidentiū sunt principaliora: ⁊ hñt modos p̄dicandi magis distinctos. iō in ipsis repiūtur signa distributiua magis ab inuicē distincta q̄z in alijs. Tertio sciendum est q licet eadē signa distributiua. distribuāt subām ſm numerū ⁊ ſm spēm ut oīs hō. oē aīal. tñ nō sunt eadē signa distributiua distribuētia accītia ſm numerū ⁊ ſm spēm. Cuius rō est quia accītia recipiūt vnitatē numeralē ⁊ etiā multiplicationem per sua subiecta. sed accidentia habent vnitatem specificā in ꝓprio genere. ⁊ q aliqd̄ sui generis. iō ad hoc q ſm spēm distribuant reqrūtur signa distributiua distincta a signis distributiuis substantie iō ſm numerū p eadē signa distribuūtur sicut sua subiecta. Quarto sciēdū ē q istud signū qualislibet includit terminū recipiētē eius distributionē tm̄ eni valet qualislibet sicut res habēs qualibet q̄litatē. ibi aūt qualitas ē illud qō distribuit. Et adhuc vltra hoc includit subiectū illi⁹ q̄litatis q̄ distribuit qō ē res. Et qz illud subiectū p̄cedit virtutē signi distributiui ut pz in ei⁹ expositione. iō q ipm nō distribuit. ⁊ iō rōne illius subiecti nō distribuit huic signo qualislibet potest addi aliud signuz distributiuū. Cuius distributio cadit supra subm̄ ut pz dicēdo qōlibet q̄lelibet. i. q̄libet res habēs quālibet qualitatem vñ circa istud signū q̄lislibet auctor mouet vnū sophisma in textu. Cuius ꝓbatio ⁊ improbatio cū eiusdē solutiōe satis patēt in textu. Cōtra predicta arguit̄ ꝓmo sic. quantitas p̄cedit q̄litatē: ergo p̄us debuit determinari de signis distributuis quātitatis quā q̄litatis. Scōo sic q̄lislibet distribuit rē significatā substātie ut pz in eius exposītione. qualelibet enim idē est qō res habēs quālibet qualitatē: ergo non ē signū distributiuū accītis. Tertio sic cū dr oīs hō ē albꝰ iste terminꝰ albus nō distribuit numeraliter p hoc signum oīs: ergo male dr in textu q accītia numeraliter distribuuntur ad distributionē subiecti. Quarto sic: añs adiectiue significatū bñ distribuit ſm spēm p signū distributiuuz subē ut dicēdo oē coloratū vl̄ quodlibet coloratū: ergo nō reqrūtur signa distributiua accītū. Quinto sic oē signū distributiuū cū termino cōi dz reddere ꝓpōnē vlem. sic aūt non est de hoc signo qualislibet. qz ut pz in eius exposītione facit ꝓpōnē indefinitā: ergo nō ē signū vl̄e. Ad primū dicendū est q quātitas ſm ordinē generationis bñ precedit qualitatē sed tm̄ qualitas precedit quātitatē ſm viā pfectiōis. et sic̄ dicendū est de signis distributuis earūdē. Ad ſm dr q qualitas importata p hoc signū qualelibet. in quantū significatur p hoc signū significat adiectiue ⁊ p modū adiacētis. ⁊ sz in exponēdo ipm signū significet substātiue: hoc ē qz distribuit p signū distributiuū subē. Ad tertiū dr. q licet ille terminꝰ albus nō distribuat numeraliter ꝓprie hoc est qz nō ponit a parte subiecti. Si aūt poneret a pte subiecti tūc distribueret et ꝓnūt ut pz dicēdo oīs homo albus currit.

Ad quartū dr. q sz accidentia adiectiue designata aliqñ ſm spēm distribuantur p signa distributiua subē. hoc tm̄ est in quantū substātiuant in neutro genere ⁊ nō in quātū adiectiue sumunt. Ad quintū dr q exponēs vltus signi q̄lelibet hz duplex subm̄ qōdā ē eni subm̄ enūciatōis. s. res. ⁊ rō ne illi⁹ ē indefinitū qz nō distribuit. aliud est subiectū distri-

